CENTILOQUIA PHILOSOPHICA REUERENDISSI MI ABBATIS D. LEONARDI...

Leonardo fl. 1665
Pelagalli, ...



CENTILOQVIA PHILOSOPHICA

Reuerendissimi Abbatis
D. LEONARDI PELAGALLII
Procuratoris Generalis Monachorum Siluestrinorum,
Olim Lectoris.

PRO CONCERTATIONIBVS
Romæ Publicè Habendis
A. D. IO: FRANCISCO GRASSIO
Monacho Romano.

SVB FELICISSIMIS AVSPICIIS
EMINENTISS. AC REVERENDISS.
SCIPIONIS ILCII.
S.R.E. CARD. AMPLIS.

SECVNDÆ PARTIS.
Cum suo Indice Rerum Nobilium.

ROMÆ,
Typis Ignatij de Lazzaris. MDCLXV

Superiorum Permissu.

EMINENTIS. PRINCIPI.

SCIPIONI ILCIO.

S. R. E. CARDINALI

AMPLISSIMO.



VRE quidem optimo (Eminentiſsime Princeps) Tuo erat conſecranda Nomini altera pars Centiloquiorum meorũ. Quomodo enim Solis lucem auderent aſpicere, ſi quaſi parentem amantiſsimam generoſam Aquilam in tuo gentilitio ſtemmate alas explicantem non recognoſcerent ? Pulli Aquilarum ſunt, quia exilia, rudia, breuia, erudicionis veluti

alarum abſque plumis expertia, Aquila enim altera eſt Philoſophia, ſiquidem per inferiora graditur, perniciſſimo volatu ſuperiora transgreditur, & firmiſſimo ac perſpicaciſſimo intuitu non ſolum cæleſtia lumina, ſed etiam ipſum omnium luminum, & entium fontem vti vniuerſaliſſimam, & primam totius naturæ cauſam contemplatur. O vtinam ſub tuæ Aquilæ auſpicijs hi paruuli partus adulterini ne appareant? Protegat quæſo nidum ſuum, expandat alas, ſuper eos peramanter volitet. Quid pauebunt Centiloquia hæc lucis

auras

auras firmiter intueri, si eiusdem patrocinio fota, in alis assumpta, & ad volatũ prouocata veluti germani fœtus grandia crescant, tuta pergant, & per sublimes lyceorum auras volitent longissimam adeptura vitã? Id me sperare iuuat ab innata tanti Principis benignitate, dum tibi hoc munus tam exile, tã paruum in mei, ac decertãtis obsequij maximum argumentum prouolutus in genua humiliter offero. Vale.

Em. T. Reu.

Addictissimus, & Humillimus Seruus.

D. Leonardus Pelagallius.



Imprimatur,

Si videbitur Reuerendissimo Patri Magistr. Sac. Pal. Apost.

O *Archiep. Pamaten. Vicesg.*

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sacr. Palat. Apost. Magister.



INDEX
RERVM
NOTABILIVM.
SECVNDAE PARTIS.
A

Ali-

INDEX.

anim-

Ani-

Axi-

B

C

§ 6 *sto-*

Cau-

§§ 2 *quo-*



Crea-

te.-

Crea-

D

ten-

Cre-

Di-

Idea

in-

Lum-

Ma-

Nili

O

§ § § § 3 le-

pa-

qui-

Q

R

SSSSS na-

Sti-

tu

V

ue-

Mo-

uni-

FINIS.

CEN-

CENTILOQ. LI.

De Mundo.

1 EXplicatis principijs, natura, & causis compositi naturalis in communi, eiusque proprietatibus, & passionibus, explicandæ sunt modo species eiusdem compositi, quarum præcipua est Corpus seu compositum corruptibile, alia compositum incorruptibile, ex vtrisque mundus conflatur, ideo de illo erit sermo hic.

2 Mundus *est rerum Celestium, & sublunarium complexio*, quæ quamuis perfecta sit vt Ordo, varietas, & connexio spondent, tamen potuit fieri sicuti nunc potest ab omnipotentia Dei alia perfectior, quia vnaquæque creatura, vt homo sydus &c. potest fieri perfectior, ergo si creaturæ essent perfectiores, etiam earum complexio esset perfectior. Nonnè esset pulchrius Cœlnm, si sydera essent lucentia, vt Sol, & Sol septuplicatam lucem radiaret? Et Animal non esset perfectius si potentiam visiuam haberet, ita vt sine detrimento solem prospicere posset?

Mundus quid.

An perfectissimus.

3 Ad id, quod dici solet semper

Deum facere optimum, duobus modis satisfieri potest: primo quod semper facit optimum ratione finis, quicquid enim fit à Deo, semper finis est Deus, qui cum sit optimus, etiam quod fit semper est optimum ratione finis. Secundo, quod semper facit optimum vbi est optimũ, vt in vnione hipostatica, visione beatifica, & Maternitate Beatæ Mariæ semper Virginis quæ tria non possunt fieri nec meliora, nec deteriora, cum terminatiuè sint ad Deum, qui non potest esse nec melior nec deterior, Cæteræ autem Creaturæ possunt fieri semper meliores, & perfectiores, & non habent in se optimum, nisi velimus intelligere optimum id, quod non potest crescere in tali genere, sic enim homo est optimus in genere Animalis rationalis, vt talis.

An semper Deus faciat optimum.

4 Creata fuit hæc Machina Mundialis non ab Æterno, sed in ipso initio durationis temporaneæ, seu in tempore imaginario, vt probauimus ex Genesi primo, Centil. Quinquagesimo num. 10. An vero potuerit creari ab Aeterno à Deo mihi videtur certũ, & non negandum omnipotentiæ Dei, cum non repugnet. Non est repugnantia ex eo quod non trãsisset ex nihilo ad esse, sicuti videtur esse de ratione creaturæ, Quia de ratione creaturæ non est transire ex ni-

Non fuit ab æterno.

Potuit esse.

nihilo actuali ad esse actuale, sed ex nihilo potentiali, hoc est sufficit potuisse transire ex nihilo ad esse, idest non quod detur instans iu quò fuisset indifferens ad esse, & non esse, sed sufficit, quod si non creasset ab Aeterno tunc præcessisset nihil, & per hoc distinguitur à Deo, qui cum non possit non esse ab Aeterno, neque potest præcedere vllo pacto nihil ad suum esse, cum Deus necessario sit Æternus, & non ab alio; creatura vero etiam si esset ab Aeterno non esset necessario æterna, & suum esse esset ab alio, & in hoc saluatur conceptus creationis æternæ.

5 Aliqui acriter obijciunt quod si creatura esset ab Æterno, esset creatura ex supposito, & non esset creatura cum non posset dextrui nisi post infinitam durationem adeoque non esset semper sub omnipotenti manu Dei, sicuti est de ratione creaturæ, nõ .n. posset dextrui ab Aeterno, quia cũ æternitas sit instans indiuisibile, non potest idem in eodem instanti in quò incipit desinere, ne detur contradictorium, ergo potuit dextrui solum post ipsum ab Eterno, sed post ab Æterno est iam transacta infinita duratio, ergo non est dextruibilis nisi post infinitam durationem. Sed Resp. quod illa creatura si non esset dextruibilis in ipso ab Æterno, esset

set tamen dextruibilis post infinitam durationem, & hoc non est absurdum, quia non prouenit ex natura sua quæ præscindendo à Decreto semper est dextruibilis: sicuti non est absurdum quod Petrus duret per horam necsit dextruibilis per totam illam durationem posito Decreto quò velit Deus Petrum durare per horam.

6 Vrgebis, quod præscindendo à Decreto ex natura sua erit indextruibilis per infinitam durationem. dummodo sit ab æterno per rationem suprapositam. Resp. non posse fieri præcisionem à Decreto durationis infinitæ posita creatione ab Æterno, quia per id, per quod habetur duratio ab Æterno, habetur duratio infinita; ergo sicuti dicimus non esse de natura creaturæ creari ab Æterno sed hoc haberi ex decreto, & ex voluntate Dei, ità debemus dicere non esse de natura creaturæ non posse dextrui per infinitam durationem, sed ex Decreto Dei, qui dum vult creaturam esse ab Eterno, vult etiam illam durare per infinitam durationē, cū idē sit esse ab Æterno ac esse cū infinita duratione, sicuti eo ipso quod Deus velit rationale vult etiā risibile. Atq; hoc modo possunt saluari omnia prędicata æternitatis, incorruptibilitatis &c. quæ conueniunt

niunt Deo conuenire etiam creaturis, cum diuerso modo se habeāt, Deo enim a se, & per se; creaturis vero dependenter à Deo.

7 Ordo Vniuersi est ita dispositus, vt in centro Mundi sit Terra, simul cum aqua circumcirca, & in cauitatibus disposita, vt faciant Globum nulli affixum alteri fundamento, quam grauitati partium, quarum singulæ cum conentur petere centrū, vna alteri resistendo, pro fulcimento inseruit, & disponuntur orbiculariter, cum nulla alia figura habeat omnes partes tam appropinquantes Centro, quam sphærica figura, quam sortitæ sunt Terra, & aqua simul, vt apparet in Eclypsi lunari, in cuius corpore videtur vmbra rotunda, quæ non potest proijci nisi à corpore rotundo, & patet etiam ex peregrinatione per sexaginta milliara directè ab Austro in Septentrionem, ex qua deprahenditur Polum ascendere per vnum gradum supra Orizontem, quod non posset venire si Terra cum aqua non faceret Globum, quamuis non faciat perfectissimum, vt probant, & montes, & valles, quæ inæqualitates non apparent in umbra proiecta in corpus lunare tempore Eclypsis, tum ex distantia, tum ex tenuitate respectu tantæ molis. *Eius figura sphærica.*

Sistema Vniuersi.

8 Hunc Globum Terreum, & Aqueum ambit aer in tres Regiones diuisus ex inæqualitate caloris, prima .n. Regio propè nos, quæ durat secũdum aliquos, per vnum milliare cum dimidio per rectam lineam versus sursum, est calidior ex respiratione Animalium ex ignibus vsualibus, & subterraneis, & ex reflexione radiorum solarium: alia Regio, quæ secundum aliquos, extenditur sursum directè per quinquaginta duo milliaria circiter est frigidior, & humidior vt patet quia ibi generantur impressiones Meteorologicæ frigidæ, & humidæ. Tertia tandem est calidior secunda ex propinquitate sphæræ ignis, & solis.

Differentia ignis elementaris, & vsualis per accidens.

9] Totũ aerem complectitur æther, seu ignis elementaris, cuius locus est à superficie aeris vsque ad concauum Lunæ propter eius leuitatem supra quodcumque aliud Elementum, vt infra dicemus. Quamuis ignis vsualis, & ab hominibus productus sursum moueatur secundũ quid; hæc tamen non est ratio sufficiens ad probandum essentialiter differre ab igne elementari, qui reperitur in concauo Lunæ neq; quod ignis vsualis sit potius opacus, quam Diaphanus, & habeat alquid humiditatis quà elementaris penitus caret, vt centil. 64. n. 4. Quod verò detur aliquid ignis ele-

men-

mentaris in aliquo composito, sicut, & cuiuscumque alterius Elementi, non nego, attamen dico quod tale Elementum extra propriam sedem, non erit omninò purum. Supra Sphæram ignis est Cælum Fluidum. Hoc continetur à Cœlo stellato, seù primo mobili, quod complectitur ab Empyreo, vt in sequenti.

CENTILOQ. LII.

De Corpore Incorruptibili, seù de Cælo.

1 COelum à celando dictum, ità corpus simplex est, vt non admittat compositionem ex Elementis, si enim componeretur ex illis, vel à centro, vel ad centrum moueretur iuxta elementum, quod præualeret, ergo cum moueatur circulariter eius simplicitatem arguit, motus enim circularis circa centrum est simplex, adeoq; corpori simplici debetur. Non est tamen tanta simplicitas Corporis Cælestis, vt neget compositionem ex materia, & forma, quoniam Cælum habet motum (vt patet) circularem, qui est naturalis, cum sit in bo- *Cælum quomodo simplex.*

num sui, & vniuersi, ergo & habet naturam, quæ est principium talis motus, vt alibi probauimus, sed natura est materia, dum est informata, atq; forma dum est in composito, natura enim vt diximus *est principiũ motus in eo in quo est*, ergo nabet materiam, & formam, atque ex istis componitur, non tamen ex elementis, vt diximus, quia haberet qualitates etiá corruptiuas, & tamen habet solum perfectiuas, vt constat ex lumine, & ex influxu virtualiter solum, & ratione luminis causat calorem, ergo eminenter illum continet.

Quo eius materia.

2 Materia Cæli non dissonat à materia sublunari, sed est eiusdem rationis. Primò quia Cœlum est corpus naturale, sicuti est sublunare, & habet multas similes passiones, & affectiones vtpotè est Quantitas, motus &c. Secundo quia Cœlum, & præcipuè firmamentum constat ex Genesi primo, fuisse productum ex aqua quæ erat inter Empyreum, & Terram, quæ tria fuerunt creata primo die, secundo vero die habetur fuisse firmamentum per hæc verba *fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis*, ergo fuit productum ex aquis: Non enim est dicendum quod aquæ quæ erant vbi fuit productum firmamentum, fuerint annihilatę, nam frustra eas creas-

creasset, ergo fuit productum ex aquis sicuti cætera inferiora. Cum igitur firmamentum habeat eandem materiam cum inferioribus, etiam alij Cæli (si plures sunt) habent eandem materiam, cum habeant similes passiones nempè influxus lumen, &c. & sicuti non est verisimile dicere Terram, & aquam habere diuersas materias, ita nec Empyreum, quod fuit creatum eodem die cum illis duobus, & vt detur maxima connexio, & vniformitas in Vniuerso.

3 Ex loco Genesis citato bene colligitur, supra firmamentum esse aquam veram, & naturalem; subditur enim ibidem *Diuidat aquas, quæ erãt sub firmamento ab ijs, quæ erant supra firmamentum*, quod confirmatur ex varijs locis Sacræ Scripturæ, & præcipuè Psal. 103. vers. 3. *Extendens Cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius*, & in Cantico puerorum vers. pariter 3. *Benedicite aquæ omnes, quæ super Cælos sunt Domino*, ex quibus locis habetur contra Suar. disp. 13. Methaphysices sect. 11. num 33. non posse intelligi de aquis pluuialibus; non enim est verisimile, quod primo Die fuerint vapores, etiam si accipiatur nomine Cœli tota intercapedo inter Empyreum, & Terram, ergo debet intelligi de aquis, quæ verè sint super firmamẽtum, illud namque

Supra firmamentũ an sit aqua.

quæ extendit vt pellem, non vero aerem, qui fluidus est; nec sunt frustra-neæ ibi aquæ, vt patefacit Diluuium, quod tunc euenit, quando cataractæ Cœli apertæ fuerunt.

Solida. 4 Tam Empyreum, quam firmamentum sunt solida, vt contineant aquas, & vt habetur ex Iob. cap. 37. vbi *tu forsan cum eo fabricatus es Cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt?* & licet tunc loquatur amicus Iob Eliù tamen facit auctoritatem cum Apostolus 3. ad Corint. citet tamquam Diuinum oraculum effatum hoc *comprehendes sapientes in astutia eorum*, etiam si fuerit prolatum ab altero amico eiusdem Iob. cap. 5.

Cælum Planetarum fluidũ. 5 Aliud Coelum, in quo sunt septem Sydera errantia, melius est ad saluandas experientias, & motus astrorum asserere fluidum: nam si vera est experientia, quod aliquando Mars sit obseruatus supra Iouem, aliquando infra Solem, vt aiunt quidam recentiores Astronomi, qui obseruarunt etiam aliquando Venerem supra Solem, certè non potest poni soliditas in tali Cœlo, quia talis motus, & aspectus nec Epyciclis, nec Eccentricis saluari potest, & ex alia parte melius intelligitur motus directus, Retrogradus, Stationarius; Apogeus, Perigeus, &c.

6 Nec

6 Nec ex fluiditate, nec ex materia eiusdem rationis cum nostrate potest argui corruptibilitas in Cœlo, quoniam non est tanta fluiditas, & condensatio, vt non sit determinata, & materia licet de se expetat radicaliter alias formas, tamen non est sufficiens radix, nec remota, nec proxima corruptibilitatis in Cœlo, in quo non dantur contraria cum ibi non sint nisi qualitates perfectiuæ, nec per consequens corruptio. Ad argumentum vero positum a Suarez, quod si haberet materiam eiusdem rationis cum sublunaribus, & eiusdem speciei vnum Cœlum cum alio, Cœlum naturaliter esset generabile, & corruptibile, cum materia habeat appetitum ad formas illas, ergo si non potest agens naturale hoc facere, frustra daretur talis potentia materiæ. Sed contra est quia materia habet appetitum naturalē ad formas corruptas, vt sibi bonas, & tamen non potest illas habere nisi supernaturaliter, ergo quod non possit habere alias formas, quam illam, quam habet materia Cęli, prouenit ex carentia contrariorum, ergo non est frustranea illa potentia cum saltem supernaturaliter possit reduci in actum, quemadmodum no est frustranea potentia materiæ ad formas supernaturaliter tantum possibiles.

Cælum incorruptibile.

a 6 7. Nec

7 Nec obſtant loca Sacrę Scripturæ corruptibilitatem Cęli indicantia, vt apud Matth. c. 24. & apud Lucam c. 21. vbi habetur *Cælum, & Terra tranſibunt*, neque nouæ apparentiæ. Quoniam loca Scripturæ loquuntur de Aere, & Ethere, qui aliquando Cœlũ dicuntur; vt in Pſal. 8. *Volucres Celi*, vel ſi de Cælo propriè loquitur, ſenſus eſt quod potius Cœlum, & Terra corrumpentur, quam verba Dei prætereant, atque hoc potius noſtram ſentẽtiam incorruptibilitatis Cœlorum confirmat, vt patet. Nouæ verò apparentiæ, vel proueniunt ex aliqua condenſatione partis Cœli fluidi, & ſic ibi maius lumen recipit, ac reflectit, vario modo ad varietatem condenſationis, vel raritatis ipſius partis Cæli, ficuti accidit in via Lactea, & etiam in Iride: vel ex raritate magna, vti aliquando propè corpus ſolare, atque ita lumen non concipit vt macula videatur, vel ex vnione plurimarum ſtellarum minimarum, quæ diuiſæ ex mediocritate ipſarum non videntur; vnitæ verò apparent per modum vnius vel (vt meam proferam ſententiam) ex impreſſionibus ſubtiliſſimis, quæ vſque ad ſupremam ſuperficiem aeris, quinimmo ad ſpheram ignis, & ad concauum Lunæ aduolantes, ob diſtantiam variè apparent

Variæ apparentiæ vnde.

pa-

parent esse in Cælo phænomena, vel ex motu spirali, circulari Stellæ à superficie concaua Cæli ad superficiem conuexam, & ab ista regreditur ad concauam, quam dum attingit, à nobis videtur, & dum recedit paulatim euanescere videtur. Hic motus est consentaneus Cælo, in quo sunt, & ponuntur alij motus circulares, ergo debet poni etiam iste, quò optimè saluantur nouæ apparitiones, quæ statutis temporibus redeunt, vt obseruatum est, quod quædam stella post sexagesimum annum apparet in pectore Cygni Ad discernendum vero an talia phænomena, scilicet nouæ apparitiones sint in Cælo, vel infra concauum Lunæ difficillimum est ratione intercapedinis, ac uarietatis figurarum, sed præcipuum discerniculum est (præter parallasim, & teloscopium) diligenter obseruare, an semper seruent eandem distantiam à stellis fixis, quia si seruant eandem distantiam potest asseri esse in Cælo, si verò nõ seruant eandem distantiam, sed irregulariter mouentur tunc sunt sublunares, nam vel ex aére, vel ex ipsamet inflammatione agitantur, vt cent. 69. præcipuè num. 3. 7. & 8. vbi habentur aliqui effectus, pro quorum meliori notitia obseruandum sub quo signo fit apparitio.

8 Suf-

8 Sufficienter itaque ex dictis habetur cœlos in numero esse tres, Æmpyreum scilicet, Firmamentum, & Fluidum, nec multiplicandi sunt alij, cum isti sufficiant: In Empyreo, enim est sedes Beatorum. In Firmamento sunt Stellæ fixæ, quæ semper seruant inter se eandem distantiam in Cælo verò Fluido sunt omnes Planetæ. Talis numerus Cælorum maximè consonat cum Sacra Scriptura, in qua habetur, quod Paulus raptus sit vsque ad tertium Cœlum, & ibi viderit arcana Dei, quod non potest esse nisi in Empireo, non enim est verisimile raptum fuisse Paulum vsque ad Cœlum veneris secundum sententiam assignantium vnum Cœlum prò quolibet Planeta: vel vsque ad Cœlum Martis, secundum eos, qui ponunt vnum Cœlnm Lunæ, & postea alterum Solis, in quò reperiantur Epycicli Veneris, & Martis.

Quot sint.

9 Varietas motus non arguit multiplicitatem Cœlorum quia, & si vni corpori debeatur vnus motus per se tamen per accidens, & ratione alterius potest habere multiplicem apparenter, tamen sit vnus motus tali, & tali modo attemperatus vt possit commensurari pluribus. Cœlum itaque fluidum non mouetur nisi aliqua agitatione ad motum Planetarum sicut mouetur aer ad motum

-cor-

corporis. Vnusquisque Planeta mouetur vno motu per se circulari, ità tamé attemperatus vt videatur multiplici motu moueri, Sol V.G. mouetur vno solum motu ab Oriente in Occidentem, & inde per alteram partem ad Orientem redit spatio viginti quatuor horarum (& hic est motus proprius vniuscuiusque stellæ) sed quia Sol non absoluit totum suum circulum, cum non redeat adamussim unde incepit, sed vnum ferè gradum absoluendum sequenti die relinquit, imò deflectit aliquantulum ab Aequinoctiali, uel ad tropicũ Cãcri, uel ad tropicũ Capricorni, hinc fit quod uidetur triplex motus: vnus diurnus ab Oriente in Occidentẽ qui dicitur raptus: alter proprius ab Occidente in Orientem, cum (vt dixi) spatio uiginti quatuor horarum non absoluat totum circulum, sed semper sequenti die fere unus gradus absoluendus remanet, & sic spatio 365. dierum horarum quinque minutorum 49. integram circulationem emittit, sicut facit, & Venus, & Mercurius: alter uidetur motus trepidationis ab Austro in Septentrionem, vel è contra: at uere isti, qui tres motus uidentur unus est modo supraexplicato, & ità attemperatus, ut possit commensurari tribus;

Quomodo, & quãtus motus Solis.

Veneris & Mercurij.

10 Quod dictum est de Sole item proportionaliter dicite de alijs Planetis, qui pari ratione mouentur motu ita attemperato, ut multiplici motu moueri uideantur, vnusquisque enim Planeta mouetur motu diurno; sed motu proprio eo modo quò supra explicauimus, Saturnus amittit totam circulationem spatio triginta annorum deperdendo vnoquoque die duo minuta circiter. Iuppiter deperdit totam circulationem duodecim annis, & sic vno die amittit minuta quinque, Mars cum compleat totam periodum duobus annis, quoti die deperdit ferè triginta minuta, Luna tandem totum circulum perficit uno de triginta diebus, horis 7. minutis 43. deperdendo quotidiè ferè duodecim gradus. Talis attemperatio motus non est noua adinuentio ad saluandas apparentias, sed uera, & usitata, ut apparet in Puero mouente Throcum uno motu proprio, nempe circulari per aerem, ità tamen attemperatè ut multiplici motu uideatur moueri, cum aliquando faciat etiam deflectere corpus ligneum propè terram, aliquando rectissimè circumuolui, perambulando tamen ad dexteram, uel ad sinistram, & sic multipliciter commensuratur.

Saturni.

Iouis.

Martis.

Lunæ.

11 In Cœlo autem stellato, cum stel-

ſtellæ ſeruent ſemper eandem inter ſe diſtantiam,debet dici quod totum Cælum moueatur, ipſæ enim ſtellæ ſunt fixæ,ſed quia ſpatio viginti quatuor horarum non abſoluat penitùs totam circulationem, ſed reſtant abſoluendæ quatuor tertiæ, & tertia pars vnius tertiæ circiter ita vt ducentis annis deperdat ferè nonaginta minuta, hinc eſt vt ſpatio duo de quinquaginta millia annis deperdat, & amittat totam circulationem (ex qua aliqui depræhendunt durationem mundi) At quia in tali motu deflectit uel ad Auſtrum, uel ad Septentrionem per lineam quaſi ſpiralem,hinc dicitur moueri etiam motu trepidationis, & librationis, maxime ſi conferantur ad inuicem motus tam primi mobilis, quam Planetarum.

Motus primi mobilis

$\frac{180}{365}$

tertia pars vnius.

12 Eſt talis motus attemperatus ab intelligentijs aſſiſtentibus, non ſolum quia ſic habetur ab Ariſtotele; verum etiam quia quod fiat potius ab Oriente in Occidentem, quã è conuerſo, & quod fiat tali attemperatione, non poteſt haberi quam ab agente intelligente,non autem à propria forma, cui nihil intereſt ut ſit ab Oriente in Occidentem, quam è conuerſo, & ſit cum tali attemperatione, dummodo circa centrum fiat motus, ergo talis attemperatio, & ta-

habetur ab intelligentiis.

& talis motus, qui nunc, est, prouenit ab intelligentia, licet motus circa centrum absolutus fortasse possit esse à forma.

13 Cælum verò Empyreum nullo pacto mouetur, & quia non est indicium motus, & quia non videtur probabile, quod sedes æterna Beatorum circumuoluatur. Quinimmo si moueretur non potest saluari Climatum varietas, nec aliqua diuersitas, quæ reperitur in regionibus persistentibus sub eadem poli eleuatione; experimur enim quod in aliqua Regione sint quædam animalia, & fruges, & arbores, quę non sunt in alia, sic in insula dicta Syagros Canes statim moriuntur si ibi asportantur quod non accidit alibi, hoc non potest prouenire ab Elementis cum sint ubique homogenei, neque ex alijs Cælis, & syderibus, quia cum circumuoluantur similes parerent effectus alibi, ergo huiusmodi effectus prouenit ex influxu Empyrei immobilis.

Empyreum nō mouetur.

14 Si daretur Sol in Centro Mūdi & supra Cælum Mercurij, postea Cælum Veneris, deinde Orbis Magnus, in cuius Crassitiei centro sit terra cum aqua facientes Globum quem circumdet Aer, & istum ambiat ignis, qui contineatur Cælo

Systema Copernici.

Lu-

Lunæ, & supra hunc Orbem Magnum sit Cælum Martis, supra quod sit illud Iouis, & vltimo loco Cælum Saturni; non solum non potest saluari talis influxus Empyrei, quo in vno loco causatur aliquis effectus, qui non causatur in alio, cum Terra in Orbe Magno circumuoluatur, & consequenter variet situm etiam sub Empyreo, sed neque potest saluari quomodo stellæ *fixæ* non mutent latitudines ortiuas, & occiduas, & eleuationes, &c. & tamen si Terra moueretur, non semper orirentur in eadem parte Orizontis, nec semper obtinerent eandem altitudinem meridiani, sed prò vt terra annuo motu ad illas præsertim circa polos positas, accederet, vel recederet, in hoc vel illo puncto Orizontis emergerent, vel occiderent. Adde quod tali Systemate difficillime potest saluari locutio Scripturæ; quæ aliquando immobilitatem Terræ asserit, dum sæpè sæpiùs habetur *Terra in æternum stat*, aliquando motum syderum affirmat vt in Ecclesiastico *Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur*. & Iosuè 10. *Sol ne mouearis contra Gabaon*, quæ loca, & alia cum non possint interpretari quoad sensationē vt fautores talis sententiæ asserebant, debet damnari talis opinio, vt de facto reiecta est à

Sa-

[illegible] Congregatione vt temeraria [illegible].

[illegible] figura tam Sphærica, quam Circularium [illegible] est, & vt perfe- [illegible] quæcumque alia figura, & vt [illegible] ad motum: in tantum autem [illegible] apparens ex parte nostri com- [illegible] quia lineæ visuales, quę [illegible] ab extremitatibus hinc [illegible] luminis, & cuiuscum- [illegible] in tanta ma- [illegible] non apparent maiores [illegible] procedente ab vltima [illegible] oculum, alia nam- [illegible] respe- [illegible] non attendi- [illegible] videntur omnes lineæ es- [illegible] superficie plana Rotun- [illegible] Solis obseruamus in suo Eclipsi [illegible] per interpositionem Lunæ in- [illegible] Terram, & Solem, & multo me- [illegible] in deliquio lunari proueniente ab interpositione Terræ inter So- lem, & Lunam.

[illegible] lumen in Stellis habetur à Sole, vt apparet in Eclypsi lunari, [illegible] per vmbram Terræ eclypsatur [illegible] à Sole, vt stellæ [illegible] nihil luminis habeant, ecclyp- [illegible] Luna, adhuc videtur [illegible] quod est signum aliquid [illegible] esse tam in Cœlo, quam in [illegible], & quod plus raritatis, [illegible] densitatis participat, plus, aut mi-

minus luminis à Sole emissi concipit. Et nullò modo potest prouenire à propinquitate Solis tantum, quod plus, vel minus luminis sit in syderibus, vt opinatur Pater Beatus in art. 2. cap. 1. de corpore incoruptibili n. 29. nam corpus lunare eodem modo distat à Sole, & tamen secundum aliquam partem densiorem plus lucis habet, quam secundum aliam partem rariorem vt patet.

Lumen unde habeatur.

17 Virtus actiua in hęc inferiora non solum in vnoquoque sydere verum etiam in vnaquaque parte cuiuscunque Cæli esse videtur, cum omnia sint eiusdem rationis, & cum aliqui effectus sint à Cælo non à syderibus, vt diximus de Empyreo. Hæc virtus actiua Cælestium, non solum consistit in lumine, & calore uerum etiam in qualitatibus occultis, vt in virtute succini attrahentis paleam, & in virtute magnetis ferrum eleuantis: istæ autem qualitates occultæ influxus nominantur. Quod uerò tales influxus non consistant solum in calore, & lumine, patet quia nec lumen, nec calor penetrant in terræ uisceribus infimis, ut probatum est à fossoribus; & tamen ibi auxilio Cælestium influentiarum generantur metalla; quinimmo, nec lumen, nec calor tantus est decre-
scen-

Virtus in inferiora.

Sacra Congregatione vt temeraria anno 1606.

15. Figura tam Syderum, quam Cœlorum rotunda est, & vt perfectior quacumque alia figura, & vt aptior ad motum: in tantum autem Luna apparet ex parte nostri complanata in quãtũ lineæ visuales, quę proueniunt ab extremitatibus hinc inde corporis lunaris, & cuiuscumque corporis rotundi in tanta magna distantia, non apparent maiores linea visuali promanante ab vltima superficie versus oculum, illa nam que variatio cum sit minima respectu tantæ longitudinis non attenditur, & sic videntur omnes lineæ esse in eadem superficie plana Rotunditas Solis obseruatur in suo Eclipsi facto per interpositionem Lunæ inter Terram, & Solem, & multo melius in deliquio lunari proueniente ab interpositione Terræ inter Solem, & Lunam.

Figura cælestium.

Eclypsis quomodo.

16. Lumen in Stellis habetur à Sole, vt apparet in Eclypsi lunari, nam per vmbram Terræ eclypsatur Luna, at non est ita à Sole, vt stellæ per se nihil luminis habeant, ecclypsata enim tota Luna, adhuc videtur eius corpus, quod est signum aliquid luminis esse tam in Cęlo, quam in syderibus, & quod plus raritatis, aut densitatis participat, plus, aut mi-

minus luminis à Sole emissi concipit. Et nullò modo potest prouenire à propinquitate Solis tantum, quod plus, vel minus luminis sit in syderibus, vt opinatur Pater Beatus in art. 2. cap. 1. de corpore incoruptibili n. 29. nam corpus lunare eodem modo distat à Sole, & tamen secundum aliquam partem densiorem plus lucis habet, quam secundum aliam partem rariorem vt patet. *Lumen unde habetur.*

17 Virtus actiua in hęc inferiora non solum in vnoquoque sydere verum etiam in vnaquaque parte cuiuscunque Cæli esse videtur, cum omnia sint eiusdem rationis, & cum aliqui effectus sint à Cælo non à syderibus, vt diximus de Empyreo. Hæc virtus actiua Cælestium, non solum consistit in lumine, & calore uerum etiam in qualitatibus occultis, vt in virtute succini attrahentis paleam, & in virtute magnetis ferrum eleuantis: istæ autem qualitates occultæ influxus nominantur. Quod uerò tales influxus non consistant solum in calore, & lumine, patet quia nec lumen, nec calor penetrant in terræ uisceribus infimis, ut probatum est à fossoribus; & tamen ibi auxilio Cælestium influentiarum generantur metalla; quinimmo, nec lumen, nec calor tantus est decre- *Virtus in inferiora.*

scen-



Sacra Congregatione vt temeraria anno 1606.

15. Figura tam Syderum, quam Coelorum rotunda est, & vt perfectior quacumque alia figura, & vt aptior ad motum: in tantum autem Luna apparet ex parte nostri complanata in quãtũ lineæ visuales, quę proueniunt ab extremitatibus hinc inde corporis lunaris, & cuiuscumque corporis rotundi in tanta magna distantia, non apparent maiores linea visuali promanante ab vltima superficie versus oculum, illa namque variatio cum sit minima respectu tantæ longitudinis non attenditur; & sic videntur omnes lineæ esse in eadem superficie plana Rotunditas Solis obseruatur in suo Eclipsi facto per interpositionem Lunæ inter Terram, & Solem, & multo melius in deliquio lunari proueniente ab interpositione Terræ inter Solem, & Lunam.

Figura v caelestium.

Eclypsis quomodo.

16. Lumen in Stellis habetur à Sole, vt apparet in Eclypsi lunari, nam per vmbram Terræ eclypsatur Luna, at non est ita à Sole, vt stellæ per se nihil luminis habeant, ecclypsata enim tota Luna, adhuc videtur eius corpus, quod est signum aliquid luminis esse tam in Cęlo, quam in syderibus, & quod plus raritatis, aut densitatis participat, plus, aut mi-

minus luminis à Sole emissi concipit. Et nullò modo potest prouenire à propinquitate Solis tantum, quod plus, vel minus luminis sit in syderibus, vt opinatur Pater Beatus in art. 2. cap. 1. de corpore incoruptibili n. 29. nam corpus lunare eodem modo distat à Sole, & tamen secundum aliquam partem densiorem plus lucis habet, quam secundum aliam partem rariorem vt patet.

Lumen unde habetur.

17 Virtus actiua in hęc inferiora non solum in vnoquoque sydere verum etiam in vnaquaque parte cuiuscunque Cæli esse videtur, cum omnia sint eiusdem rationis, & cum aliqui effectus sint à Cælo non à syderibus, vt diximus de Empyreo. Hæc virtus actiua Cælestium, non solum consistit in lumine, & calore uerum etiam in qualitatibus occultis, vt in virtute succini attrahentis paleam, & in virtute magnetis ferrum eleuantis: istæ autem qualitates occultæ influxus nominantur. Quod uerò tales influxus non consistant solum in calore, & lumine, patet quia nec lumen, nec calor penetrant in terræ uisceribus infimis, ut probatum est à fossoribus; & tamen ibi auxilio Cælestium influentiarum generantur metalla; quinimmo, nec lumen, nec calor tantus est decrescen-

Virtus in inferiora.



Sacra Congregatione vt temeraria anno 1606.

15 Figura tam Syderum, quam Coelorum rotunda est, & vt perfectior quacumque alia figura, & vt aptior ad motum: in tantum autem Luna apparet ex parte nostri complanata in quãtũ lineæ visuales, quę proueniunt ab extremitatibus hinc inde corporis lunaris, & cuiuscumque corporis rotundi in tanta magna distantia, non apparent maiores linea visuali promanante ab vltima superficie versus oculum, illa namque variatio cum sit minima respectu tantæ longitudinis non attenditur, & sic videntur omnes lineæ esse in eadem superficie plana Rotunditas Solis obseruatur in suo Eclipsi facto per interpositionem Lunæ inter Terram, & Solem, & multo melius in deliquio lunari proueniente ab interpositione Terræ inter Solem, & Lunam.

Figura cælestium.

Eclypsis quomodo.


16 Lumen in Stellis habetur à Sole, vt apparet in Eclypsi lunari, nam per vmbram Terræ eclypsatur Luna, at non est ita à Sole, vt stellæ per se nihil luminis habeant, ecclypsata enim tota Luna, adhuc uidetur eius corpus, quod est signum aliquid luminis esse tam in Cęlo, quam in syderibus, & quod plus raritatis, aut densitatis participat, plus, aut mi-

minus luminis à Sole emissi concipit. Et nullò modo potest prouenire à propinquitate Solis tantum, quod plus, vel minus luminis sit in syderibus, vt opinatur Pater Beatus in art. 2. cap. 1. de corpore incorruptibili n. 29. nam corpus lunare eodem modo distat à Sole, & tamen secundum aliquam partem densiorem plus lucis habet, quam secundum aliam partem rariorem vt patet.

Lumen vnde habeatur.

17 Virtus actiua in hęc inferiora non solum in vnoquoque sydere verum etiam in vnaquaque parte cuiuscunque Cæli esse videtur, cum omnia sint eiusdem rationis, & cum aliqui effectus sint à Cælo non à syderibus, vt diximus de Empyreo. Hæc virtus actiua Cælestium, non solum consistit in lumine, & calore uerum etiam in qualitatibus occultis, vt in virtute succini attrahentis paleam, & in virtute magnetis ferrum eleuantis: istæ autem qualitates occultæ influxus nominantur. Quod uerò tales influxus non consistant solum in calore, & lumine, patet quia nec lumen, nec calor penetrant in terræ uisceribus infimis, ut probatum est à fossoribus; & tamen ibi auxilio Cælestium influentiarum generantur metalla; quinimmo, nec lumen, nec calor tantus est decre-scen-

Virtus in inferiora.



Sacra Congregatione vt temeraria anno 1606.

15 Figura tam Syderum, quam Coelorum rotunda est, & vt perfectior quacumque alia figura, & vt aptior ad motum: in tantum autem Luna apparet ex parte nostri complanata in quãtũ lineæ visuales, quę proueniunt ab extremitatibus hinc inde corporis lunaris, & cuiuscumque corporis rotundi in tanta magna distantia, non apparent maiores linea visuali promanante ab vltima superficie versus oculum, illa namque variatio cum sit minima respectu tantæ longitudinis non attenditur, & sic videntur omnes lineæ esse in eadem superficie plana Rotunditas Solis obseruatur in suo Eclipsi facto per interpositionem Lunæ inter Terram, & Solem, & multo melius in deliquio lunari proueniente ab interpositione Terræ inter Solem, & Lunam.

Figura cælestium.

Eclypsis quomodo.


16 Lumen in Stellis habetur à Sole, vt apparet in Eclypsi lunari, nam per vmbram Terræ eclypsatur Luna, at non est ita à Sole, vt stellæ per se nihil luminis habeant, ecclypsata enim tota Luna, adhuc uidetur eius corpus, quod est signum aliquid luminis esse tam in Cęlo, quam in syderibus, & quod plus raritatis, aut densitatis participat, plus, aut mi-

minus luminis à Sole emissi concipit. Et nullò modo potest prouenire à propinquitate Solis tantum, quod plus, vel minus luminis sit in syderibus, vt opinatur Pater Beatus in art. 2. cap. 1. de corpore incorruptibili n. 29. nam corpus lunare eodem modo distat à Sole, & tamen secundum aliquam partem densiorem plus lucis habet, quam secundum aliam partem rariorem vt patet.

Lumen unde habeatur.

17 Virtus actiua in hęc inferiora non solum in vnoquoque sydere verum etiam in vnaquaque parte cuiuscunque Cæli esse videtur, cum omnia sint eiusdem rationis, & cum aliqui effectus sint à Cælo non à syderibus, vt diximus de Empyreo. Hæc virtus actiua Cælestium, non solum consistit in lumine, & calore uerum etiam in qualitatibus occultis, vt in virtute succini attrahentis paleam, & in virtute magnetis ferrum eleuantis: istæ autem qualitates occultæ influxus nominantur. Quod uerò tales influxus non consistant solum in calore, & lumine, patet quia nec lumen, nec calor penetrant in terræ uisceribus infimis, ut probatum est à fossoribus; & tamen ibi auxilio Cælestium influentiarum generantur metalla; quinimmo, nec lumen, nec calor tantus est decre-scen-

Virtus in inferiora.



scente Luna, & tamen licet tunc quamplurima decrescant, Cepæ augentur, quod non potest prouenire nisi ab occultis influentiis: quod cõfirmatur etiam ex maxima mutatione temporum, dum Sol in quatuor punctis Cardinalibus reperitur in solstitialibus scilicet, & equinoctialibus. Agunt igitur Cęlestia in inferiora non solum in elementis, vt constat ex aeris agitatione, ac turbatione statutis temporibus, dum videlicet oriuntur, vel occidunt aliquæ Stellæ præcipuè fixæ; in mixtis inanimis, vt in metallis Gemmis, & vnionibus, sed etiam in animatis, vt in plantis, herbis &c. imò in ipsis corporibus humanis, ut patefit in ęgrotis ex mutationibus lunaribus, & præcipuè ex Eclypsibus. Cum enim frigidus, & humidus sit Saturnus humidus tamen accidentaliter, & per se siccus, malencoliam parit, & auget. Mars cum sit calidus, & siccus bilem concitat, & sic de alijs, ergo ex ista augumentatione, uel diminutione, uel agitatione humorum ipsa organa, & potentiæ materiales tum internæ, tum externæ subiacent directè influxibus Cælestibus.

In elementa.

In minuta.

In animam rationam.

18 Sed quia anima rationalis in operando, dum est in corpore dependet à phantasmatibus, quæ sunt

ma-

aterialia, & subiacent influxibus elestibus, consequenter saltem indirectè, & mediatè influunt etiam n animam rationalem; quæ cum sit piritualis tales influxus non recipit mmediatè, & directè, sed mediatè, & indirectè, ex quò proueniunt inclinationes variæ in hominibus, ex vario scilicet influxu astrorũ vario modo dispositorum in genituris. Nec per hoc vllo pacto demitur libertati cum potius ei faueat, nam quanto fortior est pugna tanto nobilior est victoria, vt ait Apostolus, & potest esse victoria, quia libertas persistit licet sit inclinationes, vt videre est apud S. Thomam 1. parte q. 72. art. 4. & p. 2. q. 11. art. 5 & alibi.

Occurritur obiectioni.

19 Quamuis assignentur varij circuli ab sphæricis in firmamento, seu primo mobili, seù Cælo stellato, vt duo circuli coluri æquales, & diuisi in tercentis sexaginta gradibus, qui circuli ab inuicem intersecati in medietate, in punctis intersecationis constituunt polos Mundi, atque in quatuor æquales partes totam sphæram diuidunt: circuli polares, qui à polis Mundi per 23. gradus cum dimidio distant. Circulus æquinoctialis coluribus æqualis diuisus pariter in tercentis sexaginta gradibus per nonaginta gradus distat à polis

Sphæra eiusque partes.

Mundi: Circuli Tropici, qui ab Aequinoctiali distant per viginti tres gradus cum dimidio hinc inde: scilicet Tropicus Cancri versus Articum; tropicus verò Capricorni ad Antarticum: & Zodiacus diuisus pariter in gradus tercentos sexaginta, & isti omnes gradus in duodecim partes æquales vbi adsunt duodecim, signa, seu domus sub quas Planetæ percurrunt; hic circulus Zodiacus pertingit in signo Cancri versus Polum articum in circulo Tropico pariter Cancri nominato in puncto intersecationis alterius coluri in signo Libræ, & ad alterum Tropicum in signo Capricorni versus Antarticum diametraliter opposito, & ad signum arietis in æquinoctiali inter secatum ab altero coluro versus sinistram si constitutus in centro Mundi polum articum respicias. Et tandem Circulus Meridianus transiens à polis Mundi per Zenit, idest per verticem capitis, & in parte opposita, ab ijsdem polis Mundi per Nadir quæ est pars opposita Zenit Tamen isti Circuli sunt imaginarij, & non adsunt realiter in Cœlo præterquam puncta polaria immobilia, cum circa illa circumuoluatur sphera: Circuli namque Polares intelliguntur descripti à Polis sphæræ, quæ distant à Polis

Mun-

Mundi per viginti tres gradus cum dimidio & intra dictos Circulos Polares constituuntur Zonæ frigidæ. Circuli coluri intelliguntur quatenus distinguunt quatuor anni tempora, ideſt æquinoctialia, vernalia, & autunnalia, & ſolſtitialia, hyemalia, & æſtiua, Circuli Tropici deſcribuntur à lineis ſolaribus perſolutis in diebus ſolſtitialibus tam hyemalibus in Capricorno, quam æſtiuis in Cancro, & áb intercapedine, quæ adeſt inter iſtos duos Circulos Tropicos Zona, Torrida conſtituitur,& ab iſtis circulis Tropicis ad circulos polares includuntur, Zonæ temperatæ. Circulus Aequinoctialis intelligitur deſcriptus à Sole dum eſt in principio arietis, & in principio libræ Zodiacus ita obliquus fingitur pertingens à Tropico ad Tropicum vt diximus quia ita ſignatur à motu ſpirali ſolis,cuius via sẽper eſt in Eclyptica,ita dicta quia ibi fit Eclypſis vel lunaris ſi luna ſit oppoſita Soli ibi, vel ſolaris ſi ibi Luna ſit ſub ſole: ideoque ſi ſecundum totum corpus ſit in Ecliptica, totum corpus Eclipſatur, ſi vero ſecundum partem pars Eclipſatur ſed in Ecliptica ſunt hinc inde ſex gradus latitudinis qui conſtituunt Zodiacum cum illa,intra quem ſemper alij ſeptem Planetæ mouentur

Eclypſit ca vbi Eclypſis

in proprio Cælo, quod habet diuersos polos à polis mundi vt dictũ est, sed eosdem cum Zodiaco, & hoc est valde notandum pro captu motus Planetarum; hinc fit quod reliqui Planetæ dempto solè qui semper mouetur per Eclypticam, habent latitudinem, & descensionem, & ascẽsionem quæ habentur ad distantia ab Eclyptica in ipso Zodiaco sol cũ sit in Zenit constituit meridiẽ, adeoque Circulum Meridianum, cum vero reperitur in Nadir parte opposita Zenit mediam noctem constituit.

Cælum non est Animatum.

20 Ex motu Cæli nõ potest inferri esse animatum si enim esset animatum anima v.g. Vegetatiua indigeret nutritione cum talis anima sit principiũ nutritionis, sed Cœlũ non nutritur, quia non est vnde nutriatur neque apparent excrementa nutritionis, Adde quod si esset nutribile, corruptibile etiam essèt, quia admitteret alterationem per qualitates corruptiuas, nempe per calorẽ per quem alimẽtum vertitur in substantiam aliti, sed Cœlum est incorruptibile vt diximus cum habeat solum qualitates perfectiuas non corruptiuas, ergo non est nutribile nec animatum anima vegetatiua, & consequenter animatum vlla anima, quia si haberet sensitiuam, vel aliam, ha-

haberet etiam vegetatiuam vt patet inductione, ergo nulla anima est in Cælo: solum itaque mouetur ab intelligentia assistente, quod suadetur non solum ex rationibus allatis supra, sed etiam quia ad seruandum ordinem creaturarum illæ quæ carẽt intellectu debẽt gubernari ab intellectualibus; sed inferiora gubernãtur à motu Cælestium vt sentiunt cũ Aristotile, & S. Th. fere omnes, ergo motus Celestium debet prouenire ab agente intelligente; atque hãc intelligentiam assistentem viuentem, & gubernantem intelligit Aristotiles quando loquitur de Cœlo, animato. Ac per hoc nõ mihi videtur improbabile quod intelligentiæ per talem assistentiam vnicuique Cœlo syderi & Stellæ, vt vnicuique homini, Ciuitati, & Regno præsunt, dent etiã Virtutem influendi tali modo præscripto à primo Gubernatore, à quo sicuti est primus motus intentionalis quo præscribit talem motum physicum, ita eius suauitati consonant executores mandati.

Mouetur ab intelligentia.

virtus influendi Cælestium.

Hæc vt philosophus, & qui plura vult videat sphæricos, & Astronomos.

CENTILOQ. LIII.

De Corpore Corruptibili.

Vbi

De Generarione Substantiali.

1 EXaminato corpore incorruptibili dicendum est de corruptibili, & prius de illis quæ ei communia sunt, vt Generatio, Corruptio, Alteratio. Causæ generationis, Actiones, & Termini ipsius geniti, postea de corpore corruptibili simplici deinde de mixto inanimato, tandem de animato. Et vt ad communia corporis corruptibilis, & generabilis redeam cum eius præcipua passio sit generatio substantialis, ità hanc manifestum est dari, vt eius certitudo neminem prætereat quemadmodum, & experientia patefacit cum ex ligno fiat ignis, qui de nouo verè generatur corrupto composito ligni, & realiter, & verè generentur, & pereant de nouo herbæ, & Animalia,

Datur Generatio de nouo.

malia, & docet expresse Aristotiles, lib. 1. de Generatione Text. 11. & alibi.

2 Atque Quinto Phisicorum Tex. 7. & primò de Generatione Tex. 23. in fine eam definit etiam exemplificando, sic. *Quando autem totum trasmutatur non manente aliquo sensibili vt subiecto eodem sed vt ex genitura tota sanguinis, aut ex aqua aer, aut ex aere omni aqua Generatio iam hoc tale, huius autem corruptio.* Ex quibus verbis communiter definitur generatio quod sit *mutatio totius in totum nullo sensibile remanente vt subiecto eodem.* Dicitur mutatio (quæ est loco generis) cum tam alteratio, quam augumẽtatio sint mutatio, vt videre est. 5. Physicorum cit. cum in quacumque mutatione reperiantur terminus à quo, terminus ad quem, & subiectum, etiam si sit mutatio extrinseca, sicuti cũ ex sinistro aliquod euadat dextrum, ex incognito cognitum, dicitur etiam mutari, hic tamen sumitur pro mutatione intrinseca, & substãtiali rei. Dicitur totius ad explicandum explicite terminũm à quo positiuum, nam idem est dicere mutatio totius in totum ac mutatio à toto in totum implicite vero etiam priuatio (terminus à quo generationis) explicatur quemadmodum dixit Aristotiles *Quid sit.*

primò Physicorum asserens album non fieri ex quocumque non albo, sed ex nigro. Dicitur in totum vt significetur terminus adquem, qui licet non ponatur explicitè quod sit generationis substantialis, adhuc tamenper exempla ab ipso adducta intelligitur esse totũ simpliciter,& substantiale, quod fit propriè per generationem substantialem vt ex aqua, aer. Adduntur cæteræ particulæ ad distinguẽdam generationem substantialem ab alteratione, in qua idem indiuiduum substantiale completum sensibile remanet mutatis aliquibus solis qualitatibus: in generatione vero substantiali non remanet idẽ indiuiduumsubstãtiale, ac antea. Ex tali distinctione definitionis patet esse bonam, vt recipitur communiter ab omnibus.

3 Non obstat allatam definitionem posse applicari alteri à definito cum possit applicari alijs mutationibus etiam substantialibus, quæ non sint generationes sed potius sint creationes; si enim pereunte ligno Deus se solo produceret formam ignis vnitam quidem materiæ sed independentem ab illa, illud ens fieret certe per creationem non per generationem,& tamen esset mutatio totius in totum nullo sensibili remanente vt subiecto eodem. Item in

Obicet.

tran-

transſubſtantiatione in miſterio Eu-charistiæ fit mutatio totius ſubſtantiæ panis in totum corpus Chriſti, ſine vlla generatione, & ſic de multis alijs inſtantijs quæ quidem non obſtant. Quoniam Ariſtoteles definiuit generationem ſubſtātialem naturalem, & naturali modo factam. Sed ſi velimus etiam in rigore Philoſophico defendere definitionem allatam, debemus dicere quod quotieſcumque non reperitur in mutatione ſubſtantiali ſubiectum ſub vtroque termino, toties non eſt in rigore generatio, hoc.n. ſignificat *mutatio totius in totum*, vt explicatum eſt fusè de principijs, & ſentit etiam S. Tho. prima parte q. 45. art. 2. vbi quærit vtrum Deus poſſit aliquid creare, ad ſecundum hæc habet. *creatio non eſt mutatio niſi ſecundum modum intelligendi tantum, nam de ratione mutationis eſt quod aliquid idem aliter ſe habeat nunc, & prius nam quandoque eſt idem ens actualiter ſe habens nunc, & prius ſicuti in motibus ſecundum quantitatem & qualitatem: quandoque vero eſt idem ens in potentia tantum, ſicuti in mutatione ſecundum ſubſtantiam cuius eſt ſubiectum materia, ſed in creatione per quam producitur tota ſubſtantia rerum non poteſt accipi aliquod idem aliter ſe habens nunc, & prius niſi ſecūdum intellectū.* Atque ita

Solutio prima.

Explicat mutatio.

in generatione mutatur subiectũ ab hoc quod est habere vnam formam substantialem ad hoc quod est habere aliam formam substantialem eductam à potẽtia subiecti eiusdem, aliter enim non esset mutatio totius in totum naturaliter.

4 Hinc fit quod neque productio qua Deus se solo producit formam ignis independenter à materia est generatio quæ hic definitur, cum non sit educta de potentia subiecti: Neque transustantiatio cum vna substantia totalis per transubstantionem succedat alteri substantiæ totali sub ijsdem accidentibus. Neque creatio cum fiat independenter ab omni subiecto Neque generatio Æterni Verbi cum ista non sit mutatio, nam esset imperfectio. Nomen enim generationis aliquando institutum est ad significandam productionem cum mutatione, aliquando productionem abstrahentem à mutatione, vt in generatione Æterni Verbi, ergo tales productiones comparantur in generatione communi Æquiuoca velut excedens, & excessum, sicuti Deus dicitur substantia, & tamen non solum differt genere ab omni substantia creata in linea prædicamentali, verũ etiam ab ipso ente vt alibi dictum est. Neque productio ab Eterno esset generatio

Transubstantiatio.

Varia acceptio Generationis.

ratio, non enim potuisset antecedere mutatio totius ad totum quod postea generaretur, & sic si Equus fuisset ab eterno, etiam si forma eius dependisset à materia, adhuc non potuisset dici in rigore genita, vt videtur sentire Ariaga, quia non præcessit mutatio totius: Neque productio elementorum initio Mundi, nisi forte antea eorum substantia fuissent cum alia forma vt si essent genita V.g. ex aqua: Neque tandē productio formæ in aliquo còmposito absque dextructione prioris formæ, nam non mutaretur totum quod erat prius, sed conseruaretur illud, & accederet forma noua. *Itaque* ad veram naturalē, & rigorosam generationem requiritur vt non remaneat totum quod erat antea, sed mutetur substantialiter àmittendo quod erat prius per deperditionem formæ substantialis, & generetur totum quod est postea per productionem nouæ formæ substantialis in eodem subiecto, e cuius potentia educitur.

5 Non requiritur tamen tanta mutatio omnium, quæ erant antea vt nihil eorum nunquam remaneat adeo vt semper detur resolutio vsq; ad materiam primam quoniam licet àliquando detur, vel immediaté, vt cum elementum non symboleum *resolutio aliquà-do datur.*

vertitur in aliud; aliquando etiam mediate per varias mutationes, vt cum homo moritur, & cadauer vertitur in aliud, & illud in aliud vsque dum perueniat ad id quod non retinet vllum accidens quod erat in homine Attamen nō semper datur in mutatione substantiali immediatè talis resolutio vsque ad materiam primam. Primo quia hoc modo sentit Aristotiles pluribus in locis, vt videre est apud Suarez disp. 14. met. sec. 3. nu. 11. vt habet 7. Meth. Tex. 8. primo de Gener. Tex. 1. & 27. 2. de Gener. Tex 6. & 25. & primo de partibus Animal. c. 1. circa Medium, precipuè tamen primo de Gener. Tex. 24. vbi docet quod si noua generatio fiat in rem, cui conueniant qualitates aliquæ corporis corrupti, illæ qualitates eædem remanent: hæc sunt verba Aristotelis. *In his enim si aliqua passio ex contrarijs maneat eadem in genito, & corrupto vt quando ex aere aqua si ambo sint diaphana aut frigida non oportet vnius alterā passionem esse in quam trasmutetur.* Ex quo patet remanere accidens, & cōsequenter nō esse resolutionem immediatè semper.

Non datur sēp immediate.

Ratio prima.

6 Respondebis ad istam lucidissimam auctoritatem cum S. Thom. in Comm. dicti loci quod Aristotiles loquitur de identitate specifica non numerica, adeo vt sensus sit vt

illa

illa qualitas communis corrupto, & genito non mutetur in ſpecie diuerſam, & remaneat eadem in eadem ſpecie, non verò remaneat eadē numero. Sed contra eſt primò quia nō apparet neceſſitas quod corrumpantur qualitates vt reproducantur aliæ in eadem ſpecie, ſed diuerſæ numero, cum illæ antiquæ poſſint meliùs operari, quod poſſent de nouo genitæ. Contra ſecundo quia vel non datur traſparentia ſpecie diuerſa, vel ſi datur id agens quod corrumpit indiuiduum corrumpit traſparentiam in ſpecie. Contra tertiò quia non ſolum non datur agens quod poſſit ſtatim producere illam nouam qualitatem numero diuerſam, ſed neque datur finis propter quem produc retur, cū ſtatim Cadauer V.g. debeat deperdere illā qualitatem V.g. calorem, & ſi tandem daretur finis propter quem producerentur, certè qualitates antiquæ poſſent accommodatiùs exercere munus, vt melius nu.9. & 10. *Occurritur reſponſionibus.*

7 Probatur 2. ratione quia omnis cauſa phyſica Phyſice cauſans debet exiſtere in eo iſtanti in quo cauſat ſed accidentia vetera debent eſſe cauſa Phyſica nouæ formæ, ergo debent exiſtere in eo inſtanti in quo generatur noua forma, ergo nō pereunt, adeoque non eſt reſolutio, *Ratio ſecūda.*

Respondebis accidētia denouo producta causare formā substantialem: sed contra, primo est quia hoc modo daretur mutua Causalitas etiam in eodem genere, nam forma substantialis genita de nouo causarēt accidētia in genere causæ efficiētis, & accidētia concurrerent etiam in genere causæ efficientis ad productionem formæ substantialis, ergo daretur mutua causalitas in eodem genere. Contra secūdo quia prius intelligitur formā informare materiam quam causare accidētia, sed accidētia ordinātur ad existentiā formæ substantialis ergo prius esset finis in actu exercito quā media ordinata ad finem. Respondere autem ad nostrum argumentum quod non sit verum omnem causam Physicam debere existere in eo istanti in quo causat, cum nascatur filius mortuo patre, & moueatur lapis mortuo proijciente. Ridiculum est, quia etiam si sit mortuus Pater remanet virtus Seminalis, & in proiecto virtus impressa, ergo causa Physica debet esse præsens vel per se vel per aliquod sui dum causat. Sed si daretur resolutio non remaneret agens quo causaretur forma substantialis, vt patet cum pereant omnia accidentia.

Reijciūt responsiones.

Ratio tertia.

8 Probatur tertio experientia quia vidimus in Cadauere eadem pror-

prorſus accidētia,quę erāt inhomine ſcilicet calorem,figuram, albedinem &c. ergo non eſt reſolutio vſque ad materiam primam,vbi enim auctoritas. Diuina vel ratio aliqua euidens in contrarium non eſt;non eſt relinquendū iudiciū ſenſus præſertim bene diſpoſiti. Reſpondebis, vt ſupra, nō eſſe illa eadē numero accidentia quæ erant antea, ſed ſimilia de nouo genita. Sed contra eſt quia non poteſt aſſignari cauſa potens producere illa accidentia de nouo, nec finis; Cauſa enim.

9 Non poteſt eſſe forma Cadaueris, quia hæc non magis exigit albedinem quam nigredinem, imò adde quod ſi forma Cadaueris haberet uim producendi illa accidentia, multo magis haberet vim cōſeruandi eadem accidentia in ſpecie,& tamen vidimus paulatim illa accidētia corrumpi. Dicat queſo quomodo poteſt producere forma Cadauerica (ſi datur) calorem, dummodo calor eſt illi malus; ad quem finem igitur illum produceret? Neque poteſt eſſe Ambiens quia ſi ponamus caſum de cidat inter niues ,certè Nix non poteſt producere calorem,ſed frigus, & tamen remanet calor in Cadauere, qui nec poteſt prouenire à calore ſanguinis qui cum ſit inanimatus, non poteſt producere illum, imò vt

loquitur Ruuius potest esse casus, quod Animal sit euenatum & tamen in intestinis, & in corde habebit calorem, quamuis ibi nihil sanguinis remanserit, ergo signum est quod est calor antiquus.

10 Neque potest esse materia signata, seu sigillata, vt ipsi loquuntur, & hoc modo explicant. Materia quia erat collocata prò istanti antecedenti in hoc, & in hoc loco, & cum tali, & tali organizzatione, & & habuit talia, & talia accidētia pro instanti antecedenti, debet iuxta ordinem naturæ (quæ petit ne fiant ingentes mutationes in istanti) recipere a Deo eiusdem naturæ auctore, eandem dipositionem partium, & eadem similia accidētia; & licet non congruant formæ de nouo genitæ in materia, ideo paulatim deperduntur ex vi formæ nouæ postulantis contraria accidētia; sicuti accidit in lapide descendente, & in aqua calefacta; vidimus enim quod lapis qui est in aere non statim ad centrum tendit, & aqua calefacta non statim frigesit, non ob aliam rationem nisi quia natura non vult mutationes magnas in instanti, sed expetit gradationem, ita pariformiter in ipsa generatione. Non (inquam, hoc potest dici quia si natura non vult mutationes maximas, ergo debuitcōseruare accidētia

ve-

vetera & ita non esset tanta mutatio in instanti sicuti esset si corrumperētur illa,& statim regenerarētur similia.2. quia in lapide descendente, & in aqua Calefacta adest causa potens producere effectum idest forma lapidis cum grauitate parit descensum,& forma aquæ facit frigefactionem,& in tātum non fiunt istæ mutationes in istāti,quia virtus est limitata,& adest pugna cū contrarijs, in lapide enim descendente est medium resistens, in aqua vero frigescēte est calor,at in casu nostro non est causa productiua taliumaccidentium vt vidimus. & ipsa materia sigillata, vel est materia cum addito, & sic, est materia cum accidente non de perdito, vel est pura materia, & sic est indifferens de se, vt sit cum his vel his accidentibus;& nō habet virtutē producendi de se accidentia; quia si potest producere vnum,etiam omnia potest,cum nō sit maior ratio de vno quā de alio, & sic esset perfectissima, nam virtus productiua semper proportionatur entitati, & quo est perfectior productio, eò arguit perfectiorem entitatem, ergo ipsa materia esset perfectissimum ens contra Aristotelem ponentem esse imperfectissimam: Neque potest dici quod causa productiua taliū accidētium de nouo sit illud idem quod in-

materia non est productiua.

introducit vltimam dispositionem incompossibilem cum forma hominis verbi gratia vt nouissime tradit inter alios in suo tertio libello Pater Silvester Maurus q.17. ad tertium quia sicuti illa causa oppugnat formam hominis, ita oppugnat accidẽtia quæ possunt illam conseruare, ergo non potest illa producere attento præsertim quod non est finis, per quem producantur. Dicet ne fiat transitus ab extremo ad extremum sed hoc ridiculum est dicere, cum magis connaturalis sit transitus & non sit tanta mutatio si antiqua accidẽtia cõseruẽtur vt supradixi Hinc etiã patet quod non est bonum recurrere ad Deum qui ex sua virtute iuxta exigentiam materiæ, & naturæ producat similia accidentia: recurrere enim ad Deũ in Physica male olet, præsertim cum non posit assignari finis, & vsus propter quem produceret v g. calorem in Cadauere illi noxium, & paulo post deperdendum ab ipsamet forma Cadaueris, & tamen debet dari aliquis finis, quia ea quæ semper, & necessario fiunt in rebus naturalibus, vt in casu nostro, certe fiunt ab agente propter aliquem finem vt contra veteres probat Aristoteles 2. Physicorum, ne dicatur quod frustra, & insano modo operetur.

11 Probatur tandem nostra sen-

ten-

tentia, quia si non remaneret accidens comune genito, & corrupto, corrumperetur absque eo quod sit à quò corrumpatur, quando enim ex aere fit ignis si calor aeris non remanet, non potest corrumpi à calore ignis, quia calor nō dextruit calorem non à siccitate cum non sit ei contraria ergo corrumperetur sine corrumpente. Accedit quod hoc modo vulnera Christi non essent illa eadem quæ in Cruce, & quæ in Sepulcro, & quę in Resurectione quod dicite etiam de Reliqujis Sanctōrū; quod est contra cōmunem sensum fidelium. Adde, & dicant queso Aduersarij quomodo possent redargui; qui probant omnem existentiam esse necessariam si quādo experimur aliquid quod antea experiebamur absque eo quod habeamus diuersum inditium diuersitatis numericæ diceremus non esse idem numero quod antea, semper enim dubitaremus de identitate numerica.

Confirmationes sententia.

12. Duo sunt fundamenta aduersariorum primum loca Arrstotclica, vt primo physicorum text. 82. vbi definit materiam, quod si corrumpitur aliquod in hoc abibit vltimum, & 8. Meth. tex. 14. vbi ait quod quæcumquæ ad inuicem transmutantur ad materiam oportet redire, & præcipue per allatam definitionem generatio-

Fundamenta cantrafia.

tionis, non enim possent saluari vltimæ particulæ nullo sensibili remanente vt subiecto eodem nisi detur resolutio. Secundum est quod accidentia subiectantur in composito ergo corrupto composito accidentia non possunt remanere. Sed vtrumque facillime dissoluitur: & quò ad loca Aristotelica dico in vtroque priori loco explicare in corruptibilitatẽ materiæ asserendo, quod quãuis per varias mutationes omnia quæ erant in priori composito corrumpantur, semper tamen remanet materia: ad locum vero verificandæ definitionis dico quod intelligitur de subiecto denominationis de quò dicitur hoc aliquid demonstrabile, non vero de subiecto inhæsionis nam semper loquitur. Aristotiles de eo quod est demonstrabile, cum semper respiciat ad cõmunem modũ loquendi hominum, qui dicunt in mutatione aeris in aquam nihil de aere remanere, ergo sensus est de subiecto denominationis, non vero inhæsionis quia subiectum inhæsionis semper remanet, cum sit ipsa materia prima & sic possunt restare accidentia, quæ erãt in corrupto, etiam in genito cũ subiectentur in materia; & hinc dissoluitur alterum fundamentum Aduersariorum. Quia quamuis accidentia aduenìant enti in actu, & com-

Solutionis.

cõposito, licet possent etiam aduenire enti in actu incompleto nempe materiæ) cum non sint in materia nisi habeat formam hanc vel illam, tamen non inhæret composito sed materiæ, quod probatur euidenter quia illi debent inhærere accidentia de cuius potentia educuntur, sed educuntur de potentia materiæ ergo illi debent inherere. Maior est certa, minor patet ex aqua Calefacta, nam ille calor non potest extrahi á forma aquæ quæ est opposita. & determinata ad frigefactionem ergo extrahitur de potentia communi ad opposita quæ est materia in qua pariter subiectari debet, si enim subiectaretur calor in forma aquæ subiectaretur in suo opposito, quod est in intelligibile. *adcidentia vbi subiectantur*

CENTILOQ. LIV.

De Corruptione substantiali.

1 EOdem prorsus modo quo probatur generatio, probatur etiam coruptio, quæ nõ indiget probatione, cum pateat experientia, ex aqua enim fit aer, ergo corrumpitur aqua vt loquitur. Aristoteles, *corruptio datur.*

ex

ex cuius verbis depromitur definitio corruptionis, quæ sit *mutatio ex toto sub eadem communi materia.* Dicitur *mutatio*, quæ ponitur loco generis, sed non sicuti in generatione prorsus accepta est, verum, quatenus habet sub se tam positiuas, & reales quam etiam negatiuas mutationes, cum corruptio sit quid negatiuum. Dicitur *totius*, seu *ex toto* vt explicetur, terminus à quò corruptionis quod sit totum, & consequentur explicatur terminus ad quem, quod sit *non totum*, nam omnis mutatio inter extrema versatur teste. Aristotele, quinto Phys. c. 1. tex. 7. dicitur *sub eodem communi materia* ad explicandum subiectum quod debet perseuerare sub vtroque termino.

Quid sit

Differentia corruptionis ab Annihilatione.

2 Ex explicatione definitionis patet Corruptionem differre ab annihilatione, à transsubstantiatione, à putrefactione, ab alteratione, & à Generatione: Ab annihilatione, quia in ista non solum non est subiectum, quod reperiatur sub vtroque termino, sed funditus perit totum esse, ita vt nec remaneant accidentia, sicuti remanent in transsubstantiatione, quamuis tota substantia transmutetur in aliam. A putrefactione quia putrefactio est corruptio, secundum partem: Ab alteratione, quia vt infra dicemus est mutatio accidentalis,

à transsubstantatione.

à Putrefactione

ab alteratione

talis non substantialis A: Generatione tādem quia per corruptionem, fit transitus ab actu in potentia , per generationem vero à potentia in actum,seu corruptio est mutatio ex tota tali substantia in non talem substantiam, vt ex Socrate in non Socratem;generatio vero ex nō tali in talem substantiam,vt ex nō Socrate in Socratem: Differunt etiam quia corruptio est malum in natura, adeoque nisi per accidens, & secundario intēditur,generatio vero per se est bonum, ideoque expetitur: tandem mutatio realis & positiua est generatio,corruptio vero est quid negatiuum , quod patet quia omnis actio specificatur à termino ad quē. sed terminus ad quem generationis est positiuus & realis , corruptionis vero est negatiuus cum sit non esse corrupti .Neque valet quod corruptio ab Aristotile 5. Physicorum c.2. numeretur inter mutationes positiuas, & reales quoniam ibi agit de omnibus mutationibus tam realibus quam negatiuis.

à generatione

corruptio est ad negatiuum.

3 In multis etiam conueniunt. Generatio,& corruptio 1.quod vtraque rebus dissolubilibus naturalis est secundo quod vtraque habet idē subiectum; tertio quod sunt in eadem temporis differentia , nam eodem puncto quod est corrupta desi-

cōuenit cū generatione.

nit

nit per partem sui non esse, incipit res genita per partem sui esse,

4 Hinc est quod communis sit propositio quod generatio vnius, sit corruptio alterius, & e cõtra. cuius propositi onis duplex potest esse sensus alter est sensus logicus. alter est Physicus. De sensu logico certũ est quod propositio illa non est intelligenda formaliter vt generatio sit corruptio formaliter sed potius importat quãdam sequelam, nam idem est dicere generatio vnius est corruptio alterius ac dicere generatio vnius secum fert & trahit alterius corruptionem, & tales propositiones passim occurrunt vt dum dicitur Eclypsis lunaris est inter positio terræ inter solem, & lunam, & ira est accensio sanguinis circa cor idest posita accensione sanguinis circa cor trahitur ira, & posita vnius corruptione trahitur alterius generatio Dixi *trahitur* quia sunt effectus importantes ad inuicem sequelam, vt causato vno ab agente causatur alter non vero sint effectus ad inuicem se causantes.

An corruptio vnius sit sẽper alterius generatio.

Sensus logicus.

5 De sẽsu Physico dupliciter potest esse significatio an intelligatur de generatione, & corruptione compositi quod proprie generari, & corrumpi dicitur an de generatione, & corruptione cuiusque formæ quæ nõ ita proprie dicitur generari, & corrũpi.

Sensus physicus

Si propositio accipiatur prò eo cuius est proprie generari, & corrumpi hoc est prò composito semper generatio vnius compositi est corruptio alterius compositi, & e contra. Primo quia in omni generatione præsupponitur materia, sed semper hęc est cum aliqua forma, ergo est præcedens compositum, sed cum generatur nouum compositum introducitur noua forma, ergo expellitur præcedens, cum duæ formæ specificantes non possint esse simul saltem naturaliter ergo corruptio præcedit generationem. Secundo quia si daretur corruptio sine generatione totali vel partiali vel aggeneratione natura intenderet malum, nam corruptio est malum in natura, ergo si daretur corruptio intenta à natura sine generatione daretur malum intentum à natura, quod est falsissimum asserere, semper enim natura intendit bonum, & per accidens intendit corruptionem, quatenus silicet non potest obtinere generationem quin præcedat corruptio. *de composito.*

6 Obijcies in Santissimo Sacramento Eucharistiæ quando species incipiunt desinere ab ea temperie, in qua conseruarent substantiam panis, (si ibi esset) certè incipient corrumpi, & consequenter desinet esse corpus Christi, & generatur aliud com- *Obiecto.*

compositum Physicum ratione dispositionum diuersarum specierum; sed in hoc casu datur generatio, & non datur præcedens corruptio ergo &c. Respõdeo primo iuxtà dicta cētiloquio. Superiori, quod in hoc casu non esset proprie generatio, neque propriè corruptio, quia subiectum non est sub vtroque termino. Respondeo secundo quod licet daretur generatio sine corruptione, hoc non esset ex naturę ordine, Sed eueniret ex vi facti miraculi. Respondeo tertio quod in tãtum in tali casu generatur Vermis v.g. in quantum Deus supponit illis speciebus vel illam eandem substantiam quæ transubstantiata fuit in corpus Christi, vel aliam de nouo creatam in eo instanti in quò species incipiunt desinere à propria temperie, ergo recreata substantia panis in eodem instanti corrumpitur, & generatur vermis.

Resp.

Generatio vnius ex speciebus. Eucharisticis.

7 Nihil facit Instantia, quæ solet afferri quod apud Iapones in insula quæ vocatur. Gotum sit animal Canis, vel Lupi magnitudine, quod in terra viuit, assiduè, postea frequẽtat mare; ita vt efformetur in Piscem Quoniam licet concedatur cætus, tamen non est dicendum, quod cum ex Terrestri fiat aquatile accipiat nouam formam, & antiquam deperdat

dat, ſed ſolum externa figura ad natandum accommodatur ex conſuetudine, & ſic negandum eſt omne Animal Terreſtre ab aquatico ſpecie diſtingui, cum idem Animal poſſit eſſe aquaticum, & Terreſtre, vt ait Ariſtoteles de Hiſtor. animalium lib 8. c. 2. de quodam genere Textudinum, & etiam lib 1. cap. 1. referens quædam in aquis primum degere, & poſtea foras viuere, & Cicero ſecundo de natura Deorum refert de quibusdam Serpentibus naſcentibus extra aquam, & poſtea in aqua viuentibus

Animal terreſtre ſimul, & Aquatile.

8 Si propoſitio accipiatur pro eo cuius non eſt propriè generari, & corrumpi, vt eſt forma, dupliciter poteſt intelligi vel de ipſa forma ſubſtantiali, vel de ipſis accidentibus: ſi de forma ſubſtantiali ſemper corruptio vnius inducit generationem alterius, & è contra, quia non poteſt eſſe quod vna forma in materia corrumpatur, quin alia producatur, cum materia non poſſit naturaliter eſſe ſpoliata omni forma. Dices falſum eſſe generationem vnius ſemper inducere corruptionem alterius vt patet in homine qui dum moritur ſecundum aliquos producitur forma Cadaueris non tamen corrumpitur anima quæ eſt immortalis, vt fides, & etiam Ari-

De forma ſubſtantiali

stotiles docet 12. Meth. Text. 17. Sed contra est quia licet anima in separatione simpliciter non corrumpatur dicitur tamē vniuersaliter corrumpi secundũ quid, quatenus desinit esse in illo corpore, & nõ est amplius actu forma, & hoc sufficit ad hoc vt cõpositũ humanũ dicatur corrumpi.

Anima immortalis.

9 Si tandem de ipsis accidentibus non semper verificatur quod Generatio vnius sit corruptio alterius; lumen enim & species obiectorum producuntur absque alterius corruptione, & è contra cum non habeant contrarium, ita accidit etiã in coloribus odoribus, & saporibus quia ex mixtione elementorum simul cum ipso mixto fiunt, & contraria non corrumpuntur cum non præcesserint, sic dicite de alijs multis vt videre est apud Toletum hic q 3. ad quartum. In ipsis autem qualitatibus primis generatio vnius habet coniunctam corruptionem alterius quatenus sunt contrariæ, calor V.g. nũquam acquiritur quin frigus vel ex toto vel ex parte ab eodem subiecto deperdatur, sic de humido respectu sicci. Regulariter itaq; est verũ quod generatio vnius sit corruptio naturalis alterius.

De forma accidẽtali

10 Quomodo autem corruptio dicatur naturalis (hoc modo explicatur. Quinque modis dici potest na-

naturale. Primo vt dicit Aegidius quatenus à Phylosopho naturali speculatur, & sic corruptio potest dici naturalis. 2. quod intēditur aliquo modo ab agēte naturali, & tali modo corruptio pōt dici naturalis quia intēditur ab agēte naturali saltē secūdario, nā quod intēdit finē intēdit etiā omnia necessaria ad illū, at agentia naturalia non possunt intēdere formam de nouo sine corruptione anterioris, ergo intenditur vt remotio impedimenti. Tertiò dicitur naturale quod est oppositum, & artificiali, & supernaturali, & hoc competit etiam corruptioni, vt patet. Quarto sumitur naturale pro eo quod sequitur ad naturam rei, seu sequitur ex principijs quæ sunt in ipsa natura sicque etiam corruptio naturalis potest dici, quia cum materia sit susceptiua contrariorum ex pugna sequitur corruptio, at forma vt informet materiam ægena est, certis dispositionibus quibus amissis seruari amplius nō potest, & hoc modo sequitur corruptio compositi, vel per corruptionem formæ, vel per formæ separationem ex defectu dispositionum. Quinto tandem naturale accipitur pro eo qnod opponitur violento, sed ad suam perfectionem propendet, & in hoc sensu corruptio non potest dici naturalis, ne-

natura le quot modis dicitur.

Corruptio an natu-ralis.

que .n. materia neque forma, neq; compositum possunt amare corruptionem, neque propendent ad illam tanquam ad sui perfectionem.

21 Probatur 1. de forma, & de composito quia nullum appetit sui ipsius destructionem imo à natura est insitum omnibus conseruare se, & toto conatu effugere proprium interitum ergo forma, & compositum non propendent ad corruptionem. Quod confirmatur quia si non interirent omnes dispositiones necessariæ ad conseruationem formæ adeoque compositi, adsunt vires reficiendi, & reacquirendi dispositiones deperditas, vt patet in aqua calefacta quæ se reducit ad suum statum naturale, ergo signum est quod tunc erat in statu violento. Probatur de materia, quia materia est intenta à natura ad faciendum vnum cum sua comparte ergo si nõ faceret vnum esset contra suam naturam sed cum corruptione tantum est sine sua comparte, ergo non potest intendere corruptionem. Respondebis cum Toleto quod materia est in potentia contrarietatis ad plures formas, adeoque respicit generationem, & corruptionem: seu respondebis cum Conimb. quod materia inclinat ad recipiendam quālibet mutationem ergo ad corrup-

Materia ad quidintitiuta est, & eius propēsio primaria.

ruptionem propendet; Sed contra est quia materia propriè, & primariò non propendet ad Corruptionem, sed ad faciendum vnum cum forma ad quam propriè, & per se instituta est à natura ergo licet secundario appetat corruptionem in quantũ sine ipsa non potest haberi generatio naturaliter, tamen non potest dici neque quod propendeat ad corruptionem, neque quod sit in statu violento dũ est cum corruptione sed potius debet dici quod sit in statu præter naturam, idest ad quam habeat non repugnantiam.

12. Quamuis corruptio possit dici naturalis modo explicato cum habeat per accidens suas causas, quę sunt materia causa subiectiua; efficiens agens quod dissoluit compositum, finis ipsa generatio, formalis ipsum non esse, & non admittat causas per se quæ tantum requiruntur ad constitutionem entis positiui: Attamẽ nõ potest dici natura: natura .n. est principiũ motus vt est materia, & forma cum illis conditionibus alibi assignatis. neque potest dici res naturalis quia hæc propriè est compositum ex materia, & forma, ergo restat vt corruptio dicatur secundum naturam, seu na-

Corruptio habet causas per accidẽs.

turalis modo explicato; Non potest dici quod sit violenta, vt aliquando dicitur Mors, quia in tantum mors dicitur violenta in quantum prouenit ab extrinseca vi, & nō prouenit ab intrinseco ex naturali pugna, nempe ex eo quod Calor v.g. marcescat ob temporis diuturnitatē, at mors illa quæ dicitur violenta potest dici secundum naturā, in quantum natura non potest consistere sine illis dispositionibus deperditis per illam vim extrinsecam tendit ad mortem, & corruptionem.

Non dicitur Violenta.

CENTILOQ. LV.

De Alteratione.

Alteratio multipliciter.

1 AD Generationem substantialem requiritur dispositio quæ antecedat, & hæc est alteratio, quæ multipliciter sumitur ab Aristotile. Primo pro quacumque mutatione ad accidentia, vt hic

1. Tex 10. vbi ait alterationem esse mutationem secundum accidens, & hæc est amplissima acceptio. Secūdo

2 magis strictè pro mutatione ad solas qualitates, quæque sint illæ qualitates sicuti immmediate infra dice-

ce-

cemus, vt 5. Physicorum Tex. 18. dicens alterationem esse motum ad qualitates, ideoque excludit 7. Physicorum Tex. 15. ab hac acceptione motum ad quantitatem seu ad figuram pro figura enim intelligitur quantitas, vt ait S. Thomas 1. 2. q 52. art. 1. At quia qualitates sunt duplicis generis cum aliæ sint perfectiuæ, corruptiuæ aliæ ideo alteratio etiam secundum qualitates alia perfectiua est alia corruptiua. Perfectiuæ qualitates sunt illę quæ non habent contrarium vt sunt lumē, species &c. Quare tertio alteratio perfectiua est illa qua subiectum mutatur in qualitates nō habentes contrarium, & in tantum dicitur perfectiua qualitas, & in quantum perficit subiectum, & in quantum in illo nihil corrumpit. Corruptiuæ qualitates sunt illæ quæ habent cōtrarium, vt primæ qualitates sunt, aut illæ quæ sunt ex contrarijs, vt secundæ qualitates, vt color, sapor v.g., & sic Quarto alteratio corruptiua est qua subiectum mutatur in qualitates habentes contrarium, quia secundum productionem vnius corrumpitur alia, & hæc proprijssima alteratio quia per hanc subiectum proprie fit alterum, & dimouetur à proprio statu, vt notat Porphirius cap. de Differentia, vbi ait

Qualitates Perfectiua.

3.

Qualitates corruptiua.

4.

etiam quod forma substantialis, & differentia essentialis faciunt propriè aliud.

2 Alteratio autem perfectiua, non est ita rigorosè alteratio quia per hanc propriè non fit alterum, sed per hanc potius dicitur perfici magis in suo esse vt notat Aristotiles 7. Physicorum Tex. 16. dicens ridiculum esse dicere quod cum, aliquid perficitur acquirendo finem perfectiorem dicatur alterari quia tunc non fit propriè alterum à se, ipso sed potius magis ipsum accedẽdo scilicet magis ad perfectionem. Itaque cum alteratio perfectiua nõ sit propriè alteratio, sed solum corruptiua ideo est sermo hic de corruptiua quæ potest esse etiam dupplex, alia prima, alia secunda: ideo

5. quinto Alteratio corruptiua prima est quæ fit perqualitates corruptiuas quæ immediatè, & se ipsis agunt, & patiuntur, ita sunt primæ quatuor qualitates, Caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas.

6. Sextò alteratio corruptiua secunda est quæ fit per qualitates, quæ non sunt immediatè contrariæ nec agunt inter se secundum se, sed ratione primarum, qualitatum, itaque istæ sicuti propriè faciunt alterum, ità propriè sunt dispositiones ad generationem substantialem.

3. Ne-

3 Nemo in dubium reuocat an detur alteratio quia testimonio sensuum apparet; experimur .n. manum ex calida fieri frigidã, parietẽ ex albo fieri nigrum, lac ex dulci fieri acidum, & herbas ex suaui in prauum odorem transmutari. Datur igitur alteratio vt locis supracitatis sentit etiam Aristotiles qui hic tex. 23. ità definit· *est quando manente subiecto sensibili existente trasmutetur in eius passionibus aut contrarijs aut medijs existentibus. Dicitur manente subiecto sensibili existente.* ideſt manente subiecto denominationis, & per hoc distinguitur à generatione substantiali, in qua non remanet subiectum denominationis· Dicitur *transmutatur*, quæ particula est loco generis, vt diximus de generatione. Adducuntur ceteræ particulæ ad hoc vt intelligatur fieri transmutatio, vel in quatuor primis qualitatibus contrarijs, vel in ijs, quæ procedunt à primis qualitatibus vt Sapor, Color, odor, vel alia quæ causant passionem, & per hanc particulam distinguitur ab alteratione perfectiua, quæ non ordinatur propriè ad generationem, sicuti alteratio corruptiua, ideoq; alteratio perfectiua potest esse etiam in incorruptibili, vt in Coelo, & syderibus.

Alteratio quid.

4 Ob. Colores, sapores, Cari-

res, quæ sunt qualitates mediæ seu secundæ non ordinantur neque ad
Obiect. Generationem neque ad Corruptionem, vidimus enim Albedinem non corrumpere Parietem, pariter Polypus Piscis Marinus mutatur in colorem illum quem habet lapis cui adhæret: ita etiam Camaleon, & tamen non corrumpuntur, pariter mutatur sapor lacte remanente, & variatur odor non corrupta herba nec aliquid ex istis ge-
Resp. neratur. Respondeo quod licet istæ qualitates mediæ non ordinentur per se neque ad generationem neq; ad corruptionem, tamen ratione primarum qualitatum, ad quas sequuntur, ordinantur vel ad Generationem, vel ad Corruptionē, possunt .n. mediæ qualitates considerari in dupplici statu. Primo quando ex alteratione primarum qualitatum fit generatio, & corruptio & ex varia permixtione illarum primarū qualitatum sequuntur qualitates mediæ tamen dicuntur qualitates mediæ corruptiuæ, & in hoc sensu est sermo in definitione. Secūdo quādo accedunt istæ mediæ qualitates rei ac formæ constitutæ in esse, & sic non sunt ordinatæ, nec ad Generationē, nec ad Corruptionem, vt patet in pariete de albato. Ad istas verò de Polypo, & de Chamaleonte potest dici,

Qualitates mediæ quando corruptiuæ.

quando non corruptiuæ.

dici, vt aiunt Conimb. in cap. 4. q. 1. art. 3. in fine quod proueniat mutatio ex natura corporum quæ cum sint rara vario modo possunt reflectere, lumen, & recipere species adiacentes, & sic non esset uera alteratio præsertim per nos qui negamus colores quos asserimus esse variam reflexionem luminis, vt dicemus infra.

Chamaleon per quid variat colores.

5 Ex dictis patet quod si esset impossibilis naturaliter generatio, quamuis non esset impossibilis alteratio perfectiua cum non ordinetur ad generationem neque sit medium ad Corruptionem, tamen impossibilitaretur alteratio corruptiua, si enim esset impossibilis generatio multo magis esset impossibilis corruptio, quæ solum intenditur ad generationem, sed si esset impossibilis corruptio esset etiam impossibilis alteratio corruptiua, nam quid quid est alterabile per qualitates corruptiuas est corruptibile, ergo quidquid non est corruptibile, nec est alterabile per tales qualitates corruptiuas.

Impossibilitata Generatione est impossibilis alteratio.

6 Cum id quod fit alterum possit fieri magis, & minus tale, vt cum aqua ex frigida fit calida, etiam possit fieri magis, & minus calida debemus videre quomodo, & per quid habeatur hoc magis & minus tale

quod idem est ac, dicere quomodo & per quid fiat qualitatum remissio, & intensio, quæ euenit quādo ipsa qualitas vnius speciei magis ac magis perficitur in eadem parte subiecti, & consequenter perficit ipsum subiectum, remissio vero e contra.

7 Duæ itaque conditiones requiruntur ad intensionem (idem dicite proportionaliter de remissione) Prima vt qualitas sit vnius speciei, quia si essent plures qualitates diuersæ non diceretur intendi, sed potius extendi cum ex dupplici motiuo diuerso assentior vni propositioni vel cum ex dupplici habitu facilius moueor ad actus. secunda vt sit in eadem parte subiecti, quia si esset in diuersis partibus diceretur extendi non intendi, vt est vnio animę cum corpore cum talis vnio respiciat diuersas partes corporis licet vnius animæ rationalis indiuisibiliter, & visio etiam dicitur extendi respectu obiecti bipalmaris cum pars visionis respondeat, parti obiecti; potest tamen intendi cum respectu eiusdem partis obiecti visibilis possit dari visio eiusdem speciei, quæ sit perfectior, & clarior. Itaque tunc dicitur qualitas intendi quādo potest producere effectum perfectiorem, & nobiliorem quemadmodum dicitur intendi Arcus, (ad cuius meta-

conditiones

Prima

2.

Intensionis metaphora

ta-

taphoram dicuntur qualitates intendi) quando ad maius ſpatium, & maiori ictu ſagittam emittit.

8 Aliqui volunt vt S. Th. 1, 2. q. 52. art 1. & 2. intentionem fieri per maiorem radicationem qualitatis in ſubiecto; ſed hoc vario modo à varijs explicatur. Egidius quod libeto 2. q. 14. maiorem radicationem in ſubiecto ait euenire quando in illo habet perfectiorem exiſtentiam manente eadem eſſentia. Sed contra eſt 1. quia eſſentia non diſtinguitur ex natura rei ab exiſtentia. Contra 2. quia non poteſt explicari quomodo qualitas intenſior ſit magis actiua, nam ratio agendi per ipſos eſt eſſentia ergo manente eadem ratione agendi, manet eadem virtus: contra 3, quia calor imperfectior v.g. vt duo habet perfectiſſimã exiſtentiam quia eſt perfectè extra ſuas cauſas, & eſt perfectè radicatus ſecundum ſuum eſſe in ſubiecto & tamen poteſt eſſe perfectior calor, ſi calor ſit vt quatuor. Alij volunt, vt Capreolus in 1. diſt. 17. q. 1. art. 2, Caiet 1. parte q. 52. art. 2. Maiorem radicationem conſiſtere vel quando magis educitur de potentia ſubiecti, vel quando habet perfectiorem vnionem vel terminationem. Sed Contra primo eſt quia per Aduerſarios qualitates ſunt formæ indiuiſibiles

Non per maiorẽ radicationem quomodocunq; explicetur.

Rationes vniuersaliores.

biles, sed indiuisibile, quando educitur; & mutatur totum simul mutatur ergo non potest educi magis, & minus de potentia subiecti. Contra 2. vel ista maior existentia, seu eductio, seu vnio seu terminatio habet partes vel non habet. Si primum, ergo multo facilius possunt concedi ipsis qualitatibus Si secundum, in aqua Calefacta non potest assignari causa producens imperfectiorem, vnionem, & radicationẽ caloris cum aqua si niuibus sit exposita; neque, potest reperiri causa dextruens vnionem ac radicationem imperfectiorem, etiam igni exposita, cum, calor non aduersetur calori vt patet. Aliqui putant maiorem radicationem fieri ex eo quod eadem numero, & indiuisibilis qualitas vniatur secundum plures, & plures gradus ratione tantũ distinctos, sed Contra est quia accidens non potest habere esse extra suas causas nisi dependenter a subiecto substentante, & tamen qualitas secundum aliquem gradum realem (licet non realiter distintum ab alio gradu) non esset vnita subiecto, quamuis ille gradus esset productus quod est impossibile, & est validissimum argumentum vt patebit consideranti; Alij tandem aiunt maiorem radicationem fieri per minorem admixtionem contrariæ qualita-

litatis v.g. tunc calor dicitur intendi quando est minus frigoris in subiecto, remissio vero quando est maior admixtio contrariæ qualitatis sed contra primo euidenter quia regula non est vniuersalis, potest enim fieri mutatio qualitatum, quæ non habeant contrarium, vt patet in aere qui potest magis ac magis illuminari. Contra 2. quia si Petrus v.g. nullũ habens habitum, nec temperantiæ nec intemperãtiæ, per frequentiã actuũ tẽperantiæ eius habitũ acquirat, certè poterit per frequentiã actuũ augere illũ habitũ, & tamen tale augmentũ nõ potest haberi à minori admixtione contrarij cũ ex supposito nõ habeat habitũ intemperantiæ.

9 Durandus in 1. dist. 17. q. 7. vult qualitatem intendi per productionem qualitatis perfectioris corrupta imperfectiori, & remitti per productionem imperfectioris corrupta perfectiori. Sed contra primo est quia in intensione non potest assignari causa corrumpens imperfectiorem quando enim intenditur calor v.g. causa corruptionis caloris imperfectioris non est calor perfectior cum non sit contrarius, neq; ex defectu causæ conseruantis nam eodem modo est applicata causa v.g. ignis: nec ex defectu subiecti, quia remanet eodem modo ergo nõ

Neque per productionẽ perfectioris

po-

potest assignari à quo corrumpatur cum accidens solum istis tribus modis possit corrumpi, scilicet vel à contrario, vel ex defectu causæ cõseruantis vel ex defectu subiecti. Contra secundo, quia in remissione non est causa productiua imperfectioris caloris vt ait Ariaga disp. 3 sect. 1. nã nõ potest esse aqua, quippe quæ non habet hanc virtutem cum potius illum expellat, & exigat qualitatem contrariam nempe summum frigus, neque potest esse talis causa ignis, vel aliud calidum, quippe quod non agit in aqua remota, & distanti. Neque respondeas vnam formaliter ab alia expelli, ex incompossibilitate maioris cum minori qualitate, primo quia hoc gratis dicitur, cum illæ qualitates sint eiusdem speciei. Secundo quia maior, & minor continuatur in extensione ergo etiã in intentione. Multo minus respondeas produci à Deo ad exigentiã subiecti, primo quia iuxta exigentiam deberet producere frigus expetitum ab aqua. Secundoquia nõ apparet finis in tali actione agentis.

quot modis possit accidẽs corrũpi.

10 Melius itaque explicatur cũ Scotistis vt apud Suarez disput. 46. Meth. sect. 1. nu. 19. intensionẽ fieri per additionẽ gradus ad gradũ eiusdem qualitatis in eadem parte subiecti remanentibus prioribus gradibus

fit intẽsio per additionẽ gradus ad gradum

dibus sicuti proportionaliter dicitur quantitatem fieri maiorem per additionem quantitatis ad quantitatẽ. Et probatur primo de primis qualitatibus, & per ipsas de alijs qualitatibus medijs quia qualitates præcipue corruptiuæ sunt institutæ à natura ad facienda ex elementis varia composita, quarum aliqua habent plus caloris, quã frigiditatis, alia è contra &c. Sed hoc non potest esse si non haberent gradus ergo intensio fit per gradus. Probatur 2. quia sicut calidũ formaliter habetur per calorem, ita magis calidum formaliter per maiorem calorem, & magis illuminatum per maius lumẽ de quo potest, etiã addi quod per dua luminaria intendatur ergo per gradus, cum vnum lumen possit infici colore viridi aliud colore rubro v.g. per diuersa media Diaphana, quod indicat (vt patet) graduum distinctionem, quemadmodum loquitur Aristotiles *graue fieri grauitate grauius*. Habitus pariter potest fieri per actum magis radicatus, & difficilioris obliuionis: posito enim habitu Charitatis, si fiat nouus actus charitatis, antiquus habitus remanet, vt principium, & augetur vt præmium, ergo acquirit aliquid plus

Probatur 1.

2.

3.

instãtia

11 Ob. si intentio fieret per gradus.

O lect. dus, vel essent eiusdem speciei vel diuersæ si primũ ergo duo accidentia numero diuersa simul essent in eodem subiecto; si secundum ergo non possunt facere intensionem, quia non possent facere vnam qualitatem. Respondeo quod si gradus

Resp. sint homogenei non remanent illi gradus realiter distincti, sed ex illis fit vna qualitas perfectior sicuti ex duabus aquis fit vna maior aqua, quando enim dicitur vnum addi alteri non sumitur strictè, vt additum sit realiter distinctum ab eo, cui additur, sed sumitur latius sicuti dicimus vnam partem aquæ addi alteri absque eo quod remaneant separatę. Si verò gradus qualitatis sint ethærogenei, non ideo sunt diuersi speciе, sed sunt numero diuersi, eadem enim prædicata essentialia habet calor vt vnũ, & calor vt octo: duo autẽ diuersa nu. possunt esse in eodẽ subiecto nã in oculo possunt esse species duorum obiectorum numero diuersorum, & quando per habitum charitatis elicitur actus meritorius est simul habitus, qui est principium, & ille, qui est præmium talis actus; præsertimm cũ accidentia sint ordinata ad vnum perfectius vt infra nu 24.

Duo accidẽtia num. in eodem subiecto possunt esse.

12 Ob. rursus: eodem modo se habent qualitates sicuti se habent

Obiect.

vox

vox ſonus, & motus, ſed accedente perfectiori, & intenſiori voce perit imperfectior vt accidit etiam in ſono, & in motu ergo etiam in qualitatibus. Reſpondeo primo quod in qualitatibus non eſt cauſa præſens potens producere, vt vidimus, at vero in motu, voce, & ſono eſt cauſa præſens producens, & perfectiores, & imperfectiores: Reſpondeo 2. dando diſparitatem quia qualitates ſunt entia permanentia, & augeri poſſunt per additionem partis ad partem in eadem parte ſubiecti, vnde fit vt dum manus per horam càleſit non poteſt eſſe ſine aliquo caloris augumento, ſonus autem vox, & motus ſunt entia ſucceſſiua, quæ neque poſſunt permanere, neque intendi, niſi corruptis imperfectioribus antecedẽtibus, & hinc eſt quod poteſt eſſe vox, & motus per horam quin intendantur. Reſp.

13 Colligitur ex dictis quod ſi Deus conſeruaret calorem vt octo extra ſubiectum, ille propriè loquẽdo diceretur intenſior calore vt duo qui eſſet in ſubiecto, quià, licet intenſio eſſentialiter conſiſtat in additione partis ad partem qualitatis in eadem parte ſubiecti, tamen quia ille octauus gradus caloris qui eſt extra ſubiectum ſi poneretur in ſubiecto, faceret ſubiectum magis calidum,

lidum, ideo diceretur propriè intensior calore vt duo existente in subiecto, contra quosdam recentiores; sicuti peccatum lætale est quod tollit gratiam, & tamen si aliquis peccaret eadem culpa diceretur lætaliter peccare, etiam si non posset auferre gratiam, cum sit iam ablata per peccatum lætale si enim illa secunda culpa lætalis inuenisset gratia abstuiisset, ergo propriè dicitur lætalis; pariter in casu nostro

Secundum peccatum lætale quomodo est lætale.

14 Colligitur 2. Quod solæ qualitates sunt propriè intensionis capaces, cum solæ qualitates propriè possunt habere plures, & pauciores gradus in eadem parte subiecti nam alia prædicamenta id per se non habent, sed si habent vt actio, & Passio, certè habent ratione qualitatis, vt constat; adeoque solæ qualitates propriè possunt dici magis, & minus, quando enim dicimus quod homo sit Animal magis perfectum, quam Equus, tunc est in propria locutio

quatuor species qualitatis.

15 Colligitur 3. Quod non omnes quatuor species qualitatis sunt capaces intensionis, sed solum prima, & tertia species, vt ait Suarez disp. 43. Meth. sect. 2. nu. 10; & patet de prima specie quæ est *habitus, ac dispositio*, quæ cum habeant latitudinem, & possint crescere in ea-

prima intendit

eadem parte subiecti, possunt etiam intendi. De tertia quæ est *passio*, & *passibilis qualitas* etiam patet per eadem rationem, Secunda autem species qualitatis, quæ *est potentia*, & *impotentia* regulariter loquendo non suscipit intentionem, quia videtur indiuisibilis entitas proportionata essentiæ, quæ est indiuisibilis meth. loquendo, & quamuis potentiæ magis agant iu vno quam in alio subiecto, etiam si non sint diuersæ potentiæ, hoc tamen prouenit ex temperamento qualitatum, & ex varia dispositione, vt aliquis homo plus intelligit, quã alius ex varia dispositione qualitatum, licet animæ sint eiusdem Speciei. Quarta tandem species quæ est figura non suscipit intensionem, vt patet, quia consistit in indiuisibili sicut nec quantitas cuius passio est figura, vt ait S. Thom. prima secundæ q. 52. art. primo.

Tertia parit.

Secunda minime

4. nec.

16 Quoniam statutum est intensionem qualitatis fieri per gradus, ideo pro distincta ipsorum notitia; Dico primo tales gradus non esse etherogeneos inter se secundum perfectionem indiuidualem. Probatur primo quia si essent Etherogenei, non esset ratio cur aqua igni applicata prius vt vnum calefiat, quam vt octo cum omnes gradus caloris sint de-

Gradus qualitatis nõ sũt Etherogenei in perfectione.

debite applicati eodem modo, & singuli sint sufficienter productiui. gradus sibi similis

17 Respondebis quod secundus gradus agere non potest nisi introducto primo qui se habet vt dispositio ad secundum. Sed contra primo est quia omnis dispositio specie differt à forma, vt patet inductione; ac nullum indiuiduum essentialiter ordinari potest ad aliud eiusdem speciei cum sint eodem modo essentialiter perfecta, medium autem semper est imperfectius fine. Contra secundo quia etiam si primus gradus sit dispositio ad secundum, tamen eodem tempore introducerentur quia vltima dispositio non antecedit tempore ipsam formam, idē dicite de alijs

Dispositio specie differt à forma.

18 Respondebis 2. quod prius introducitur primus gradus quia ad illum introducendum cōcurrūt & primus, & alij omnes gradus. Sed contra primo est quia octauus v.g. non potest concurrere; omne enim agens agit ad assimilandum sibi passum, octauus verò non potest assimilare sibi primū Contra secundo quia preter primum gradū omnes alij sunt causæ Aequiuocæ ad primum producendum, ergo non possunt coucurrere præsente causa vniuoca adæquata, nam quando

Causa Equiuoca.

Plan-

Planta producit per semen cona natũ à Planta, non concurrit intelligentia vt Cœlum, vt causa particularis, sicuti concurrit in productione Ranæ tempore æstiuo, & muris, & pulius &c. Sed Planta,

19 Probatur 2. experientia quia si ponerentur in Circulo decem carbones qui essent ità dispositi vt occuparent Circulum, vnusquisque autem emitteret ad centrum calorẽ, certè in centro esset calor maior, si essent decem Carbones cum vno gradu pro vnoquoque, quã si esset vnus solus carbo cum vno solo gradu, ergo signum est quod intensio fit per gradus homogeneos qualitatis. Accedit quod (si hoc non esset) per minutum horæ acquireret manus intensiorem calorem, quã per integram horam nam si per horam acquirat primũ gradum caloris, per minutum immediatè sequens incipit acquirere secundum gradum caloris certe quia pars secundi gradus Caloris longe maiorem facit caliditatem in manu, ergo plus calefieret manus per vnum minutum horæ, quã per vnam integram horam, quod est euidenter absurdũ quod patet etiam in alijs casibus.

20 Dices cum Suarez disp. 46. Meth. sect. 1. à nu. 30. si gradus nõ essent Aethærogenei sed homogenei,

nei, non posset assignari cur in eadem parte subiecti non esset infinita intentio si Deus à toto subiecto palmari calido, vt quatuor auferret omnem calorem, & poneret in vna parte subiecti Respondeo quod nō esset infinita intensio cum per nos non sint infinitæ partes æquales in quantitate; esset tamen maxima intensio quod non repugnat vsque dū expleat capacitatem subiecti : sicuti aqua, quæ explet medietatem vasis maioris, in minori vase explet totā capacitatem, & filium Deum palmorum distensum facile frangitur, decies verò complicatum difficile rumpitur, & magis resistit ita in casu nostro,

fundamētum Suarez 21 Dices rursus cum eodem si essent homogenei gradus simile ageret in simile, quia primus gradus caloris est eiusdem rationis cum secundo, & octauo. Sed secundus potest agere in subiectum calidum vt vnum ergo etiam agens calidum vt vnum potest introducere secundum gradum Caloris in subiectum calidum vt vnum. Respondeo quod licet hoc argumentum sit validissimum, & quasi insolubile contra eos qui ponunt homogeneitatē graduū tam in perfectione, qui in ordine, *Solutio.* tamen contra nos nihil valet qui ponimus homogeneitatem solum in

per-

perfectione, non vero in ordine ergo agens calidum, vt vnum non potest producere calorem in subiecto calido vt vnum, primus enim non potest esse secundus in ordine vt infra.

22 Dico 2. quod non est bona distinctio aliquorum nempe quod in his qualitatibus quæ sunt actiuæ, & agunt in simile gradus sunt homogenei vt lumen, & virtus impressa, in alijs vero qualitatibus quæ non agunt in simile gradus non sunt homogenei, sed Etherogenei. Primo quia est maior difficultas an simile possit agere in simile, quam an gradus sint homogenei vel Etherogenei ergo non debet statui aliquod dubium per magis dubium. Secundo quia eodem modo se habent qualitates quæ dicũtur ab ipsis actiuę in simile, quam aliæ qualitates per suos gradus respectu intensionis; nam eodẽ modo illuminant magis obiectum in centro decem candelæ singulæ cum primo gradu luminis dispositæ in circumferentia Circuli quam vna candela, sicuti magis calefaciũt. decem Carbones, quorũ singuli habeant vnum gradum caloris, quam calefaciat obiectum in centro vnus carbo cum vno gradu caloris, sed in calore gradus sunt Etherogenei per ipsos: ergo etiam in lumine: sed in calore non possunt esse homogenei,

reijcitur aliquorũ distinctio.

d ne

ne simile agat in simile neque ergo in lumine.

23 Dices cum istis non reperiri maiorem difficultatem in introducendo octauo gradu luminis quam in introducendo primo sicuti experimur in calore sed ista maior difficultas non potest prouenire nisi ab Aetherogeneitate graduum Caloris non vero luminis. Sed contra quia maior difficultas non prouenit ab Etherogeneitate perfectionis, sed ab Etherogeneitate ordinis, & à contrario, in lumine vero non experitur vllo modo difficultas quia licet sit Etherogeneitas in ordine graduum, illi tamen non habent contrarium sicuti habent singuli gradus Caloris.

Disparitas de lumine, & Calore.

24 Dico 3 omnes gradus qualitatis esse homogeneos in perfectione, Etherogeneos vero in dispositione, & ordine, siue ista Etherogeneitas sit ex intrinseca natura, siue ratione potentiæ actiuæ à qua procedunt, siue à ratione potentiæ passiuæ a qua excipiuntur tales gradus. Probatur primo quod sint homogenei in perfectione, quia ex eo quod partes qualitatis sint homogeneæ per hoc solum, quod interse vniantur in eadem parte subiecti facere possunt vnam qualitatem perfectiorem, & magis actiuam, sicuti quod plures

Omnes gradus homogenei in perfectione.

par-

partes aquæ inter se vniantur, vnam aquam maiorem efficiunt, etiam si partes aquæ inter se sint omnino æquales, ita pariter de luminibus æqualibus augentibus lumen in Centro, & de Carbonibus æqualibus augentibus calorem in Centro dispositis in Circulo, vt supradictum est: idem dic de pluribus ponderibus vnius libræ v.g velocius facientibus inclinare trutinam, ita etiam plures ictus eiusdem rationis nauem mouentes constituunt agens validius ad motionem Nauis, ergo signum est quod in qualitatibus regulariter gradus sunt homogenei in perfectione.

25 Probatur quod sint Ethe- rogenei in dispositione, & in ordine: primo quia aliter nesciret agens in quo incipiat an in primo, an in octauo gradu, cum omnes, sint eodem modo dispositi: Secundo quia in cæteris rebus a natura semper disponitur ordo, ita vt non possit tam facile perturbari, vt apparet in rebus publicis, in Conuentibus, in exercitu, & etiam in Concistorio vbi etiã si sint homines in essentialibus æquales, tamen est diuersitas in ordine qui non potest variari, nam semper Pontifex est supra Cardinales, & non è contra, & superior supra inferiorem, aliter esset confusio, & ho-

Etherogenei in ordine, & dispositione.

horror, & non concinna dispositio, quæ armonia appellatur in natura. Tertio quia si non essent Etherogenei secundum ordinem non possent facere vnum perse, & vnam qualitatem perfectiorem, ex pluribus .n. non ordinatis, non potest resultare vnum per se perfectius.

26 Neque respondeas esse ordinem partium integrantium in ipsis gradibus, & hoc sufficere. Quoniam ordo partium integrantium non habetur per solam denominationem extrinsecam, sed ex intrinseca natura, semper enim per Aristotilem prius cor efformatur, & semper caput est in parte Superiori, & pedes in infima, & non variatur ordo si non sit monstrum itaque primus est semper primus nunquam secundus, & sic de alijs, atque hoc modo facile explicari potest quare difficilius introducatur octauus gradus caloris quam primus, & quod simile non agat in simile, vt vidimus.

Ordo in rēditurà natura.

27 Petes: si omnes Carbones dispositi in Circulo habent vnum gradum Caloris, quomodo possunt producere in centro Circuli intensiorem Calorem si primus non potest esse secundus. Respondeo primo quod omnes tenentur ad hoc respondere, qui ponunt fieri ibi intensionem, vt de facto euenit. Respon-

d.o

deo secundo quod omnes carbones in circulo dispositi faciunt vnum agens validius, quod postea ex intrinseca natura potentiæ actiuæ producit gradus cum ordine, qui recipiuntur cum eodem ordine in passo ratione potentiæ passiuæ ex intrinseca natura ipsius potentiæ ne detur confusio in productione, quæ est effectus primario, & per se intentus à natura, quæ refugit à malo, adeoque à confusione. *Cur vitet confusionẽ.*

CENTILOQ. LVI.

De Generationis Causa eiusque instrumentis.

1 FVsè alibi dictum est de omnibus causis, & aliquid aliud cum de primo ente erit sermo: hic solum inquirendum an creaturæ sint causæ efficientes aliquorum effectuum ipsosque producant immediatè, vel mediantibus accidentibus. Et quantum ad primum certum est creaturis competere virturem productiuam; patet primò ex fide nam in genesi habetur. *Producat Terra herbam virentem*, & Paulò post *spinas*

nas, & tribulos germanabit tibi, & Lucæ 21. *videte ficulneam, & omnes arbores cum producant ex se fructus.* quæ & aliæ similes sæpissime loquutiones non essent veræ si creaturæ non haberent virtutem productiuam.

Creatura possunt producere.

Secundo patet quia homo potest habere meritum, & demeritum per suam operationem liberam, sed si de se non ageret non posset acquirere meritum adeoque premium, nec demeritum adeoque pœnam, & tamen in Conc. Trid habetur quod homo cum gratia potest etiam renuere, & in symb. S. Athanasij, *qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum*: Tertiò patet quia actus vitalis cum sit immanens debet recipi in ipsa potentia, a qua emanat, ergo signum est quod talis potentia vitalis sit talis virtutis agẽdi, & producendi effectus suos, qui si non essent à potentia vitali non dicerentur actus vitales, sicuti motus Cæli non dicitur actus vitalis ipsius Cæli: Tandem patet vniuersaliter quia vnaquæque creatura est ens, ergo est bona, sed bonum ex natura sua est diffusiuum, & Comunicatiuum, ergo debet habere virtutem communicandi suum bonum; calor enim habet virtutem producendi Calorem, sol illuminandi, homo producendi hominem.

2 Di-

2 Dicere, vt aiunt aliqui apud S. Thomam cap. 69. contra gentes quod omnes effectus procedunt à Deo, vt à causa etiam particulari ad præsentiam creaturarum v. g. ad præsentiam solis lumen producatur à Deo non concurrente solum vt causa vniuersali, sed particulari, & non à sole, est valde temerarium; nam hoc modo in causis liberis non esset meritum nec demeritum; non esset actio vitalis, quæ prouenit à potentia vitali nec distingueretur causa moralis à Physica, quæ licet non possit creare cum de non esse ad esse subiecti, suique sit infinita distantia, ad quā requiritur infinita virtus potest tamen producere effectum ex nihilo sui quia dū præexistit subiectum de eius potentia potest educere formam, ergo potest educere de potentia ad actum.

Deus solus non producit:

3 Non obstat quod Deus sit sufficientissima causa ad operandū, ergo frustraneus est cōcursus causę imbecillioris sicuti est creatura, de qua Paulus dicit prima ad Corinth. c. 13. *Deus operatur omnia in omnibus*, & secunda ad eosdem cap. 3 *Sufficientia nostra ex Deo est.* Quoniam tunc est frustanea causa imbecillior quando causa sufficientissima ex se sola velit producere effectum, sed quando vult, vt effectus pendeat a

causa imbecilliori, tūc necessarius est concursus talis causæ; aliter enim non dependeret à causa imbecilliori quæ licet omnem suam virtutem recipiat à Deo, recipit pariter ab ipso vt possit agere, adeoque facit sufficientē: ergo sufficientia nostra quæ est à Deo, potens est producere suos effectus, aliter non daret nobis sufficientiam:

Causa generationis aliquorum ex putri.

4 Minus obstat quod multa producantur ex putrefactione, vt vermes, Scorpiones, mures Pulices, & tempore æstiuo Ranæ, sed istorum effectuum non potest assignari alia causa quam Deus, cum omnia alia, quæ concurrunt, sint inanimata quæ non possunt facere animatum. Quoniam instrumenta substantiæ, vt sunt accidentia, possunt producere substantiā quemadmodum influxus cælorum qui sunt instrumēta intelligentiarum possunt producere effectus viuentes, et sic causa totalis ex mediata, & immediata est nobilior seu saltem æqualis effectui, licet immediata sola possit esse ignobilior, & hoc modo bene saluantur effectus supra positi absque eo quod recurramus ad Deū vt ad causam particularē quod est absurdum in Phylosophia, vt melius infra numero vltimo.

5 Hinc

9 Hinc patet (quantum ſpectat ad ſecundum) quod ſubſtantia de ſe immediate non producit effectus niſi immanentes, & intranſitiuos, vt aqua producit ſuam frigiditatem immediatè, illamque deperditam reacquirit: ſed effectus tranſitiuos producit mediantibus accidentibus: patet, quia aqua calefacta producit Calorem in manu, ergo calor ſufficienter calefacit, cum ſubſtantià aquæ de ſe potius intendat frigiditatem, & in tantum dicitur quod aqua Calefacit, dum habet calorem, quia actiones ſunt ſuppoſitorum ſed quia calefacit per virtutem calefactiuam ſibi indebitã ideo dicitur cauſa per accidens; De Tranſitiuis ſubſtantijs multo magis patet, & primo ex Ariſtotile de ſenſu, & ſenſibili cap. de ſapore, vbi hæc habet. *Ignis igitur, vt ignis, & Terra vt Terra nihil agere aut pati natura ſunt nec aliud quidpiam quatenus autem in ijs ineſt contrarietas, catenus omnia agunt, & patiuntur.* ergo ſubſtantia non eſt immediatè productiua alterius ſubſtantiæ, ſed per accidentia, quibus tantum poſitis ſæpè ſæpius ſequitur ſubſtantia ergo eſt ſuperfluus concurſus immediatus ſubſtantiæ, cum ſufficiat mediatus, & de illo non ſit indicium Patet ſecundo quia ab Ariſtotile

effectus intranſitiui producũtur immediatè.

Tranſitiue verò mediatè.

Cauſa per accidens vnde habeatur?

sæpissime, sed præcipuè 7. Meth. Text.30.comparatur forma substantialis cum figura artificiali, & instrumenta artis cum instrumentis naturæ, sed ars in externam materiã operatur mediatè per instrumẽta, ergo etiam natura Tertio patet quia agens agit ad assimilandum sibi passum, sed agere est pugna, ergo fit pugna immediatè per accidẽtia, quæ solum sunt contraria; substantia enim de se non habet contrarium vt vidimus, ergo operatur mediantibus accidentibus sicuti princeps per seruos; vbi enim non potest adesse Princeps, operantur ministri, sic pariter vbi non potest adesse substantia, operantur eius accidentia, & sic distenditur magis dominium, & operantur aliqua, quæ sine ipsis non possent vt patet ex instrumentis etiam Artis, sine quibus non posset: quomodo enim posset tractare marmor sine scalpro.

6 Nõ obstat quod per nos substantia producat de se immediaté effectus intransitiuos, sicuti diximus de aqua quæ reproducit suam frigiditatem ergo pariter trãsitiuos. Quoniam natura omnibus dat virtutem acquirendi, & etiam conseruandi perfectiones sibi debitas, vt consistant in suo esse, sed consistere in suo

Consistentia rei in suo esse

suo esse pendet ex duobus, videlicet ex propria perfectione, & ex oppugnatione contrarij, ideo producit immediaté effectus immanentes, seu intransitiuos quatenus hi pertinent ad propriam perfectionem, mediatè verò effectus Transitiuos, qui vt à pugna vel quasi pugna prouenientes immediatè oriuntur ab accidentibus, ex quorum motione substantia magis actiua quam accidentia iure optimo conspicitur.

Substātia quo modo actiua dicitur.

7 Quamuis autem substantia immediate nō concurrat ad productionem alterius substantiæ, tamen potest dici causa principalis, & per se illius, dummodo virtutem actiuā sibi debitam applicet effectumque intendat; quia illa est causa principalis, & per se cui accidentia subordinantur, & à qua actu applicantur ad agēdum ergo dummodo substantia applicet accidentia subordinata intendendo effectum per suam virtutem actiuam erit causa principalis perse. Hoc modo Animalium quæ nascūtur ex putri, Metallorum, lapidum pretiosorum, & omnium quibus causa particularis eiusdem speciei assignari non potest intelligentia bene assignatur pro causa particulari, cum hæc per motum sensibilem Cæli attemperando influxus qualitatesque miscendo intē-

Causa principalis per se quæ dicatur

dit hos, & hos effectus in bonum vniuersi.

CENTILOQ. LVII.

De Actione.

Actio substantialis.

1 NEc alteratio, nec generatio potest fieri ab Agente sine Actione, ideo de ipsa non nulla dicemus, cum varia sparsim alibi dicta sint quæ pertinent ad ipsam in cōmuni ideoque hic diuisionem, & conuenientiam, postea per varia Centiloq. varias etiam species eiusdem attingemus. Multiplex itaque est actio. Alia substantialis, accidentalis alia: substantialis, quæ ad substantiam terminatur accidentalis quæ ad accidens.

Accidētalis.

Creatiua,

Generatiua.

2 Substantialis subdiuiditur in Creationem, & Generationem: Prima est quæ fit sine concursu subiecti: Secunda quæ fit concurrente materia tanquam subiecto substentante. Potest etiam subdiuidi in productionem, & conseruationem. Productio est actio qua primo res accipit esse. Conseruatio verò est, qua res permanet in esse post productionem

Productiua.

Conseruatiua.

nem. Possent rursus subdiuidi iuxta varietatem terminorum.

3 Accidentalis subdiuiditur in immanentem, & Transeuntem. Immanens dicitur illa quæ recipitur aliquo modo in agente, vel secũdum eandem rationem, secundum quam agit, vel secundum aliquod necessario connexum, & coniunctũ aut cum agente, aut cum ipsa prima actione. Transiens verò est quæ recipitur in subiecto actu distincto, & separato ab agente. Actio immanens aliquando propriè aliquando impropriè dicitur. Propriè quæ manet in eadem potentia proxima à qua elicitur hoc modo sunt actus cognoscendi amandi &c. Impropriè vero quando extenditur ad omnem actionem, quæ manet in supposito operante, & hoc modo omnes motus vitales, & nutritionis, & augmentationis, & motus etiam localis animantium, item motus Terræ deorsum motus aliorum elemẽtorum ad propria loca quinimò motus aquæ calidæ reducentis se ad pristinam frigiditatem &c. Potest subdiuidi etiã varijs modis vt alibi diximus, & videre est apud Suarez disp. 48. Meth. sec. 6.

Immanens.

Transiens.

Immanẽs propriè.

Impropriè.

4 Ista omnia genera, & species actionum habent aliquam conuenientiam inter se, sed non potest esse talis vt sit conuenientia Vniuoca, & pro-

Analogice cõuenũt.

probatur primo ex Aristotile hic quia generationem substantiæ vocat simpliciter Generationem: accidentium verò secundum quid, sed Generatio secundum quid, & simpliciter non conueniunt vniuocè ergo multo minus eorũ actiones. Et hinc Probatur 2. quia actio formaliter est via ad esse, sed esse secundum quid quod est accidentis, & esse simpliciter quod est substantiæ Analogicè conueniunt, ergo etiam actiones: quod confirmatur præcipuè ex nostris principijs quibus vidimus non distingui realiter actionem à termino, sed termini, qui sunt substantia, & accidens Analogicè conueniunt ergo etiam ipsa actio, quæ formaliter est via ad esse; & eius tota ratio desumitur à Termino.

Quomodo Vnũ prædicamentum & vna definitio actionis

5 Non obstat quod vnum tantũ constituitur prædicamentum actionis primò quia constituitur vnum prædicamentum actionis accidentalis, substantialis verò reducitur ad substantiam; Secundo quia est vnũ prædicamentum, cum accidentalis sit vel substantialis tamen venit sub vna ratione viæ ad esse, ideoque vna etiã Definitione possunt definiri, vt Analogantia, non vt Analogata.

CEN-

CENTILOQ. LVIII.

De Actione in distans.

1 PRæcipua conditio actionis Physicæ est contactus qui multiplex est: Alius enim est Mathematicus alius Physicus: Mathematicus est quando extrema duorũ ita sunt, vt nihil inter ipsa ponatur, & mediet. Physicus est quando vnũ agit, aliud vero patitur vt Arist. hic tex. 45 Atque iste contactus Physicus vel est mutuus, vel non mutuus. Mutuus est inter corpora, & composita, quæ habent contraria, vt elementa, & ex illis mixta, quæ ad inuicem agunt, & reagunt. Non mutuus est inter ea, quorum vnum agit sed non repatitur à passo sicut Cælũ quãdo agit in inferiora, à quibus nõ potest repati.

Cõtactus mathematicus. *physicus* *mutuus* *non mutuus.*

2 Contactus Physicus (de quo hic sermo) siuè mutuus siuè non mutuus diuidi potest in formalem, & virtualem: virtualis est inter ea, quorum neutrum habet extremum quod possit tangi ut sunt Deus, & Angeli siue quorum vnum saltem non habet extremum ut est inter corporale, & spirituale, cum spirituale non

Virtualis.

non possit tangi. Formalis verò est inter ea, quæ habent extrema quibus se mathematicè tangunt saltem mediatè vt est inter ipsa corpora. Contactus Physicus formalis de quo propriè hic quærimus vel est mediatus, vel immediatus: immediatus est inter ea, quæ ita inuicem agunt ut nihil mediet, & dicitur immediatus immediatione suppositi, vt est Cœlum Lunæ, & elementum ignis. Mediatus est inter ea quæ ita agunt vt aliquid mediet vt inter Cælum, & Terram, at uerò potest dici immediatus immediatione uirtutis cum per corpora inter media uirtus Cœli agat in Terram immediatè. Sermo est igitur hic an in omni actione Physica detur contactus Physicus formalis immediatus uel immediatione suppositi, uel immediatione uirtutis, nec intelligo hic aliquid statuere de contactu uirtuali de quo est specialis quæstio, nam locutiones Angelorum fiunt sine contactu, & in Distans.

Formalis.

Immediatus immediatione suppositi.

3 Loquendo igitur de contactu physico formali probabilius uideatur in quacumque actione physica requiri contactum physicum formalem immediatum, uel immediatione suppositi, uel immediatione uirtutis Probatur primo ex Aristotele qui hic Tex. 43. propè finem sic habet,

non datur actio indistans.

bet, *sed si de ipso facere & pati etiam de mixtione uidendum sit necesse est, & de tactu*: Neque *enim facere hac, & pati possunt propriè, qua non est possibile se inuicem tangere*, ergo in quacũque actione Physica requiritur contactus Physicus formalis immediatus. Probatur 2. quia in tantum dicitur Deus vbique, in quantum potest vbique agere, sed si ad actionem non requireretur contactus nõ benè concluderet argumentum Theologicum, Deum esse vbique quia vbique potest agere; ergo si rectè concludit signum est ad actionem requiri contactum, sed si in operatione Dei, multo magis in operatione creaturæ quæ non est tantæ virtutis Probatur 3. quia si non requireretur contactus immediatus vel immediatione suppositi vel immediatione virtutis, & daretur actio in distans, non posset retardari actio posito quocumque impedimento inter medio, sed potest retardari per inter positum impedimentum, posito enim pariete v. g. inter Magnetem, & ferrum vel si Magnes perfundatur Cepæ succo certè ferrum non trahitur ergo signum est quod operatur per actionem immediatam; Quod confirmatur quia in tantum natura refugit a Vacuo ne impediatur actio ergo si daretur actio in Distans, nõ es-

Cur Deus est vbique.

quando magnus non trahit ferrum.

esset cum refugiat á vacuo.

4 Scotus in primo dist. 37. q. vnica, Auicenna de Anima sec. 4. c. 4. & aliqui alij asserunt non requiri semper contactum, sed aliquãdo agentia naturalia producere effectum in passo absque eo quod illũ producat in medio, & adducunt varias experientias; Astra enim generant in Terra metalla, Succino palea & Magnete ferrum trahũtur Basilisci visu homo distans interimitur, conspectu Lupi homo raucedine laborat, fascinatores oculos inficiunt; Mulier menstruata specula frangit, Torpedo piscis stupefacit brachium Piscatoris. Hians prouocat etiam distantem ad Hiandũm; sed isti effectus non producuntur in medio, ergo producuntur per actionem in distans.

Ob: per varias instantias.

5 Sed contra est quia licet hi effectus non producantur in medium propter eius incapacitatem, quemadmodum sol causat calorem in aere non in Cælo, ex eo quia Cælum est incapax primarum qualitatum: tamen talia agentia pariunt tales effectus medijs qualitatibus, quæ mediante aere, & corpore intermedio communicantur passo in quo ità operatur, & hoc patet ex tertia nostra probatione quia posito impedimento intermedio nõ habetur effectus;

Resp. ad instantiã

De magnete,

tus, ergo actio diffunditur vt patet etiã per instãtias suprapositas cõtra nos: Rupto nãmquè filo Torpedo non stupefacit bracchium Piscatoris & non excitato tedio ex Hiatu percepto, vel per visum, vel per auditum, non prouocatur in altero Hiatus: sicuti non attracto per timorem aere in maxima copia qualitate praua infecto à Lupo, aspera arteria, non defatigaretur, ac non apertis poris per dilatationem animi ex laude recepta á fascinatore fascinator non inficeret quia propter Tenerrimi infantes ac gloriosi Pueri possunt facilius infici per fascinationem, quę aliquando contingit ex arte Demonum permittente Deo, medijs vetulis, vt plurimum, propter peruersam animi inclinationem, & copiam noxiæ qualitatis, ideoque aliquando vis malefica non improbabile est dicere quod sit insita non nullis vel à natura, vel vt ait Leopardus Vairus ex aspectu vetularum perterrefacientium pueros, adeoque humores commouentium, vel vt loquitur S. Thomas in prima parte q. 17. art. 3. ad secundum, ex aliquo fato occulto, vel ex mala corporis habitudine sicuti è contra aliquibus in est vis innata medefica, vt fertur à Plinio lib 32. cap. 2. de Aue Galgalo, quæ si a spicitur ab eo, qui oculis laborat

De Torpedine.

De Hiatu.

De raucedine

De fascinatore.

De medefico Aue Galgalo.

rat sanatur egrotus, & Auis morbo illo inficitur, & si morbus sit regius vt asserit Calepinus etiam emoritur. Non est igitur mirum quod Mulier menstruata per prauas qualitates diffusas, vel per alitum, vel per tactum, non solum specula infringat, verum etiam arbores exiccet, quod dic etiam de Basilisco diffundendo prauas qualitates vel per visum, vel per halitum.

De muliere, & Basilisco.

6 Quod Corpus interfectum post multum temporis sanguinem ebullit præsente interfectore homicida, & strutio depromat pullos ex ouis aspectu, non probat actionem in distans, quia si ebullitio sanguinis est vera, vel fit ex virtute Dei volente patefacere homicidam, vel ex virtute antipatica excitata ex vulnere inflicto; Strutio verò aspectu cauet ne oua abripiantur, & vt à noxijs protegat; Calore autem arenæ in qua oua asseruantur pulli explodun tur.

De ebullitione sanguinis.

De strutione.

7 Ad istantiam quæ solet afferri nempe quod si alicui inflictum sit vulnus Venetijs, poterit hic Romæ cognosci an vulnus sit sanabile, vel insanabile per appositionem (vt ferunt) cuiusdam pulueris in linteo perfuso sanguine emanato ab ipso vulnere; Dico non esse actionem in distans, quia puluis est applicatus imme-

De Vulnere sanabili, vel insanabili.

immediaté ſanguini, qui ſi palleſcat v.g. eſt ſignum vulneris inſanabilis quia poteſt eſſe quod ille ſanguis ſit ex partibus ad uitam neceſſarijs, & per appoſitionem talis pulueris habeatur effectus naturalis nempe ſanguinis pallor, quod ſi non ſit ſanguis ex partibus tam neceſſarijs ad uitam, appoſito puluere permànebit u.g. cum proprio colore, & poteſt eſſe hic effectus naturalis, & non apparet actio in diſtans: ſicuti non eſt cum Remora detineat Nauem, & Fulmen àbſumat enſem relicta intacta uagina, quia agentia ſunt immediatè applicata per contactum, licet effectus ſit mirabilis ex paruo piſciculo detentio Nauis etiam plenis uelis in Contrarium ex magna uirtute occulta piſcis, & Fulmen abſumit ferrum non uaginam, & aliquando Dolium, & non uinum, quod quodam quaſi cortice denſati aeris circum circa remanet illæſum, qui ſunt effectus iuxta uaria temperamenta uaporis, & fulminis, Idem dic de Araneo in Apulia (alias Tarantola) faciente ſaltare morſu petitum donec abſumatur uenenum, & præcipuè ſtatutis temporibus, in quibus uenenum illud ex aliqua cauſa, uel excitatur uel plus roboris acquirit, ut ex aeſtu u.g. uel ex tali ſonu, ut meis oculis uidi in Firmana

De Remora.

De fulmine.

De Araneo.

Ciuitate duodecim ab hinc annis religiosum saltantem ad sonum dictum italice (il pas's'e mezo) Ita etiam de callo uirtute succi lymacis ex siuato deposita lymaci intra terram, & ex morte lymacis succus producit effectum in parte affecta.

De coclea.

8 Neque releuat, quod vulnus distans sanatur per puluerem appositum in linteo madefacto; quia si sanatur vulnus prouenit ab expolitione, & ex madefactione facta per vinum, nam natura ipsa sanat; medicamenta enim sunt adiumenta naturæ, si vero nihil expolitionis, vel madefactionis fiat vulneri, si sanatur applicando linteo puluerem certè erit effectus superioris virtutis, quæ an solum operetur in lynteo sanguine perfuso, an ad appositionem pulueris in lynteo, vt ad quoddam signum positum ex pacto tacito vel expressoinsensibiliter operetur in ipso vulnere mihi certius videtur operari in sensibiliter aliquomodo immediate in ipso vulnere quia quod non est non potest agere sed hic non est, ergo hic non possit agere. Itaque si non esset applicata illa virtus in ipso vulnere non posset agere, & hoc argumentum ita videtur validum aliquibus auctoribus; vt non nulli, sicuti Rumius 1 Physicorum c. 6. q. 3. Molina pi-

De vnguento Armario.

Neque per Diuinam Omnipotentiam potest dari.

prima parte qu. 8. art. 1. disp. 2. asserant Deum per infinitam suam Omnipotentiam non posse facere, quod sit actio in distans. Et licet propinquitas sit conditio, & conditio possit suppleri à Deo, tamen hæc non potest suppleri quia est applicatio virtutis agentis: Deus enim non potest facere vt agens agat, & non sit proxime applicatum ad agēdum.

An possit supplere omnes conditiones Deus.

9 Multo minus probatur actio in Distans per imaginationem quę est in capite, & tamen non solum per ipsam apparent maculæ in fætu verum etiā mouetur appetitus in corpore ex quò oriuntur alterationes vt pallor v.g. per timorem, Rubedo per verecundiam &c. Quoniam nō est mirū quod ea quæ sunt connexa eodem principio ex motione vnius habeatur alterius motio; imaginatiua namque, & appetitiua sunt vnitæ eodem principio, cū sint potētiæ eiusdē Animalis ergo ad motionem imaginatiuæ mouetur appetitus, à quò possunt postea emanare effectus, & in fætu, & in corpore appetentis iuxta variam dispositionem: hinc est quod ex imaginatione cibi molesti causatur motus fugę in appetitu, motus autem fugæ per neruos causat contractionem ventriculi, ex qua sequitur Vomitus.

De maculis in fætu.

De vomitu.

CEN-

CENTILOQ. LIX.

De Actione in simile.

Simile secundũ essentiã agit simile.

1 Simile potest accipi pluribus modis 1. potest accipi similitudo essẽtiæ seu substantiæ, & inhoc sensu potest actio in simile dari, nam aqua est similis alteri, & tamen calida potest agere in frigidam 2 potest accipi similitudo in qualitate, sed non secundũ eandem intensionem, & sic potest etiam dari, nam calidum vt quatuor potest agere in calidum vt duo 3. potest accipi simile & secundum qualitatem, & secundũ intentionem, an scilicet calidum vt octo posit agere in Calidum vt octo, & hæc dicuntur simpliciter & omnino similia, in quibus certe non potest dari actio ad inuicẽ, vt patet experientia manus enim calida vt duo non potest calefacere aliam pariter calidam vt de duo, poterit quidem conseruare, sed quæstio est de actione productiua, non conseruatiua, de quà nullum est dubium, cum ignis calidus vt octo, possit conseruare suum proprium calorem iam productum Accedit

Item secundũ Qualitetem.

Non agit in omnino & simpliciter simile.

dit etiam auctoritas Aristotilis qui Tex.46. dicit, quod si duo sint similia, non est maior ratio cur potius vnum sit agens, quam aliud, & Tex. 50. concludit omnino similia non posse agere inter se, quia non sunt contraria. Probatur tandem quia si simile ageret in simile, esset contra finem intentum à natura in actione, finis namque naturæ est vt agens agat ad assimilandum sibi passum, sed si simile ageret in simile non assimilaret sibi passum, sed potius dissimilaret, vt de se patet ergo &c.

2 Sotus 2. Physicorum qu. 2. Niphus, Toletus; & aliqui pauci aiunt, quod licet duo corpora sint æque calida, potest tamen vnum eorum, vel ex densitate, uel ex alijs circumstantijs uehementius, & citius, quam aliud calefacere tertium, ergo potest etiam augere in alio, & affertur instantia de ferro candenti quod non habet calorem sufficientem ad concipiendum in se formam ignis, & tamen producit calorem sufficientem ad formam ignis in stuppa, cum eam comburat, ergo producit in stuppa plùs caloris quã habet in se. Sed contra est quia diuersa sunt ista; silicet, & quod unum melius, quam aliud possit consequi finem utrique, ã natura præstitutum assimilandi silicet sibi passum, & quod

Fundamentũ statium

Dissoluit.

quod unum eorum agat contra finē naturæ disponendo silicet passum ad recipiendam formam substantialem diuersam ab ea, cui congruunt qualitates, quæ sunt in agente. Primum potest esse, quia non est contra finem naturæ: secundum minime, quia est contra intentionē naturæ; quemadmodum si simile ageret in simile. Ad istantiam de ferro candenti dico, quod uel prouenit quia ille calor cum alijs dispositionibus simul manentibus in stuppa ut raritas, leuitas, siccitas &c. sufficiens est ad formam ignis, non uero in ferro, in quò non sunt dictæ dispositiones; uel prouenit quia in ferro sunt pori, in quibus seruantur particulæ igneæ quæ rite producunt iguem in stuppa,

3 Ob. efficaciter idem potest agere in se ipsum ut patet de reflexione, & refractione luminis, & de igne in fornace, qui extinguitur dum orificium fornacis est bene clausum, quod non potest prouenire, nisi quia tunc ignis agit in se; Sed nihil similius se ipso, ergo si potest agere in se, multo magis potest agere in simile. Respondeo quod licet idem possit agere in se actione æquiuoca perfectiua, ut cum aqua, & alia elementa se reducunt ad proprium statum sublato contrario extrin-

Actio in se non datur.

tr inseco, & in tantum dicitur actio Equiuoca ista, quia fit remouendo contrarium; non potest tamen agere in se per actionem vniuocā perfectiuā, quia agens produceret aliquid supra suam virtutem. Quinimo Aristoteles hic Tex. 49. asserit quod non datur actio in simile, quia aliter idem ageret in se ipsum, multo minus igitur potest agere in se actione corruptiua, cum nemo inclinet ad destructionem sui. Ad istā tiam de igne extinto in fornace, dico hoc prouenire quia clausa fornace cessat humidum aereum omnino necessarium ad flammam, ideoque est necessaria respiratione ignis extinguatur; & prohibita respiratione flāma genita euolat, quæ adheret carbonibus extinguitur. Hinc fit quod excitatur flamma per insufflationem, quia detinentur exhalationes siccæ, & applicantur partes humidi aerei, nam flamma ex Aristotile 4. Methor. sum. 3 c. 2 est fumus accensus, & fumus est exalatio terrea admista vapore vntuoso, & crasso, in quo multum sit humiditatis aereæ, Aliæ vero experientiæ, quæ possunt afferri ex reflexione, & refractione luminis, & ex actione antiparisticà prò probanda actione, in simili soluuntur per centiloquia subsequentia.

Actio Equiuoca quomodo.

Necessariū ad flammā

flamma quid

CENTILOQ. LX.

De Actione Antiperistica.

Antiperistasis quid.

1 ANtiperistasis est nomen Grecum quod signat circumsistentiam contrarij, per hanc enim circumsistentiam vidimus aliquando qualitates augeri, & fieri intensiores absque vllo agente extrinseco, quod possit illa intendere, imò agens extrinsecũ cum sit contrarium potius deberet remittere, & expellere qualitatem quæ intenditur. Quare potius dicendum esset idem agere in se actione perfectiua.

Non est diuersa affectio sensarij.

2 Galenus lib. 3 de simplici medicamento, & Cardanus 2. de simplicitate propre finem facile se eximunt ab hac difficultate referentes experientias ad diuersã sensorij affectionem nempe eo quod manus quæ æstate calidior est frige fiat ab aqua, & sic dum Hyeme frigescit ab eadem aqua nil plus caloris realiter habente calefieri sentiat, & sic negant veram caloris intensionẽ in criptis tempore hyemali, & frigoris tempore æstiuo. Sed contra primo est quia tum lingua tum Palato,

lato,& alijs membris semper præcalidis sentimus hanc diuersitatem æstate & Hyeme; imò etiam in eadem aqua vel vino tempore æstiuo sentimus varietatẽ si tempore haustionis, & post aliquas horas eundem liquorem gustamus. 2. quia cum in eadem cripta in Anphora angustissimi colli, quales adiberi solent ad indicandum excessum caloris, inter duos dies vel duas mansiones aquam refertam ab Hyeme in æstate asseruemus, inuenitur ad altiorem colli partem ascendere eãdem aquam in Hyeme, quam in estate & sic arguitur tunc esse rariorem, & consequenter calidiorem aquam.

Discerniculum calidioris ambentis.

3 Niphus com. 19. q. 2. & Marsilius lib. 1. de generatione q. 17. & 18 aiunt intensionem qualitatis fieri per species tangibiles intentionales quæ per obsistentiam contrarij redeunt in corpus, à quò sunt ibi que intendunt qualitates. Sed contra 1. est quia istæ species intentionales tangibiles à pluribus negantur, cum non sit necessitas eas ponendi, non enim debent supplere distantiam obiecti, nam in sensu tactus obiecta sunt contigua potentiæ, quinimmo si darentur tales species non possent retardati; species enim contrariorũ non sunt contrariæ. Contra 2. quia

Neque species intentionalesitã ...

ſi iſtæ qualitates actiuæ intenderentur hoc modo eſſet contra institutionem naturę, quæ intendit, vt non refugiant a contrario, ſed vt in illud agant, ergo retrocedere non poſſunt, ſicut lumen reflectens vt ipſi aiunt.

4 Toletus lib. 1. de Generatione in cap. 5. q 14. Sotus ſupracit, & aliqui alij dicunt qualitatem in antiperiſtaſi intendi a ſe ipſa. Sed contra quia hoc modo produceret in ſe aliquid, ad quod non habet virtutem productiuam. & produceret ſupra ſuam virtutem, quod tamē non poteſt etiam quia non ageret ad aſſimilandum ſibi paſſum, ſicut explicauimus fuse Centil. ſuperiori.

Neque intēditu a ſe ipſa.

5 Aliqui alij recentiores aiunt cauſam radicalem intendendi qualitatem in antiperiſtaſi eſſe ſubſtantiam calidam vel frigidam, cum quadam circumſtantia, ideſt ſi ſubſtantia calida ſit cum raritate intendit calorem, ſi cum denſitate intendit frigus; ſed contra 1. eſt quia raritas, & denſitas conſequūtur ad primas qualitates ergo prius intelliguntur primæ qualitates. Contra 2 quia ſubſtātia, aquæ nullo modo eſt productiua caloris, cum nullo modo illum contineat & exuperat.

Neque ex denſitate vel raritate

6 Alij communiter volunt in Antiperiſtaſi vnam qualitatem intēdi

di per accidens à qualitate contraria obsistente; in corporibus enim calidis augetur calor obsistente frigore, quia præcluditur exitus exalationum calidarum quæ vniuntur, & agunt in partes minus calidas, & sic fit intensio caloris, & non potest dici quod idem agat in se ipsum actione vniuoca, & simpliciter sed Aequiuocè, & secundum partem, vt explicatum est. In frigidis vero obsistente contrario calido patefit exitus exalationibus Calidis; rarefiunt enim partes extimæ corporis frigidi, vnde fit aditus exalationibus Calidis, vt auolent, remanentibus tamen frigidis, quæ possunt etiam condensari, nam si aliquæ calidæ remaneant facile à frigidioribus quæ sunt in valde maiori copia superantur, & sic fit intensius frigus. *fit à cõtrario obsistéte*

7 Quod vero in vnoquoque ferè composito contineantur innumera corpuscula valde ignea vel pertinẽtia ad substantialem compositionem corporis vel latentia intra eius poros nemo in dubium reuocat, vt nos infra dicemus. Latent præsertim particulæ igneæ, vnde prouenit facilitas, vt experimur ad ignescendum in quam pluribus rebus, eæ autem particulæ igneæ, cum facile de se possint auolare, fuerunt à natura admixtæ alijs particulis *Corpuscula in cõposito.*

 fri-

frigidis, humidisque a quibus detineantur. Ex tali combinatione particularum Etherogenearum aliqui docti recentiores putant, & bene, posse concordari sententias Platonis aientis oculum esse naturæ igneæ cum Peripateticis asserentibus esse naturæ aqueæ: & insuper conciliari Peripateticos affirmãtes adipem esse calidum, quia facillime concipit ignem, & medicos dicentes esse naturæ frigidæ cum difficillimè in stomaco concoquatur., & abundet in animalibus frigidioribus, nam tam in oculo, quam in adipe sunt particulæ igneæ constrictæ per multas particulas humidas, & frigidas.

Adeps calidũ non frigidum, ita de Oculo.

8 Ista corpuscula ignea in corporibus permixti ab ignibus subterraneis asserunt prouenire, quos ibi dari constat tum ex montibus igniuomis, vt ex Vesuuio in Italia, Aetna in Sicilia, &c. tum ex Sulphure, ex aquis Termalibus &c. Tum ex Testimonioq; metalla fodientium, qui asserunt Terrã diuidi in duas quasi regiones, quarum, vna vsque ad 600. passus versus centrum tempore estiuo est frigida, hyeme vero calida altera verò vltra 600. passus ad Centrum calidissima est omni tempore. Isti vero ignes fuerunt à Deo positi in Terræ visceribus initio Mundi, vt iuuent ad Plantas, ad mineralia, & alia

Corpuscula vnde proueniant

Ignes subterranei.

alia quam plurima generanda, quæ ſine calore ignis produci nō poſſent ſicuti in ſecūda aeris Regione Deus poſuit frigus, vt aer ille ad Niues, & pluuias, & ad alia ſimilia producenda aptus redderetur. Nutriuntur autem tales ignes exalationibus, & partibus Terreis vntuoſis mixtis cum aliquo humido, & præſertim Salſo vt videtur oſtendere experientia, quæ plerumque Montes igniuomos in Inſulis, & locis mari alijsque aquis proximis patefacit.

Vnde pabulum ſumant

9 Hæc opinio ita explicata mihi valde probabilior videtur cæteris, & magis conſonat menti Ariſtotelis, qui quarto Meteororum ſumma tertia cap 2. docet ideo aliquando dicitur frigidum vrere ſicut calidum, & febres ardentiores eſſe hyeme, & flante Borea aquas magis fumare, quam flante auſtro, quia circumſiſtente frigore calidum congregatur, & circumſiſtente Calore frigidum vnitur Hoc modo etiam melius explicatur cur pira, poma aurea &c. in hyeme matureſcant, cur plus cibi appetat homo dum eſt in ambiente frigidiori, cur exhalationes in nubibus accendantur in fulgura, & fulmina: Cur calx modica iniecta aqua inardeſcat; cur fenum non bene ſiccatum in hyeme ſponte accendatur cur flores, & herbæ hy-

Probatur 1. ſe-tētia

Probatur 2. experiētijs ex frigore ambiēte

e 5 berno

beno tempore illud idem patiantur à frigore quod à summo calore: cur aspersione modicæ aquæ ferrum in fornace facilius candescat, quia exhalationes calidiores in istis corporibus inclusæ à frigore ambiente impeditæ ne exeant, intus vnitæ vehementius agunt, & in corporibus illis calorem, etiam vsque ad concipiendum ignem augent. Hoc modo etiam è conuerso bene explicatur cur aqua feruens citius frigefiat soli quam loco frigidiori exposita, & cur ad aquam in æstate conglaciandam adhibeatur Sal, licet calidissimum, & alia similia operentur, quia Calor aeris ambientis, vel Salis iuuat ad exhalationem partium calidarum, & sic à cõtrario libera aqua producit frigus intensius, cum non remaneant particulæ calidæ, & si quæ remanēt possunt superari à particulis frigidis, quæ sunt in maiori copia, & sic plures particulæ frigidæ vnitæ fortius agunt; imò admixtæ exalationibus terreis facile addensantur ex earum siccitate. Ex hac eadem ratione habetur cur quis habens manum combustam admouendo eam ad ignem sentiat minorem dolorem, nam auolant corpuscula ignea propter dilatationem pororũ.

Probatur 3. ex calore ambiente.

Conglaciatio aquæ.

10 Intensio itaque qualitatis in antiperistasi per accidens fit à contra-

tra-

trario, quatenus per eius obsistentiã vniuntur corpuscula talem qualitatem habentia in gradu excellenti. Contrarium obsistens non est causa positiua, & realis, perse influens in ipsam antiperistasim, sed solum impediendo per suam obsistentiã continet causam positiuam quæ est vnio corpusculorum, per quam fit agens validius. *Causa per se talis in tẽsionis.*

CENTILOQ. LXI.

De Actionibus Reflexis, & Refractis.

1 ACtio exiens ab agente si inuenit impedimentum, quod omnino neget transitum, est, reflexio actionis ipsius agentis quod se habet tanquam Centrum ex quo actio in Orbem diffunditur quia nõ est maior ratio cur actio diffundatur longius per vnam partem potius, quam per aliam, & actio diffunditur per rectam lineam regulariter loquendo, quia agens naturale intẽdit facere effectum perfectiorem, & cũ minori tempore, & cum minori difficultate quam potest, ideo agit per *reflexio quid.* *Agens tanquã centrũ.* *Actio fit per lineam rectam.*

lineã rectã que. rectam lineã, quæ vt aiunt Mathem. *est breuissima linearum ducibilium inter duo puncta.* Itaque si actio exiens ab agente tanquam à Centro ducta per lineam rectam impingat in impedimentum, vt actioni neget transitum omnino, quemadmodum cum Pila impingat in lapidem, tunc fit reflexio in qua semper debet esse æqualis Angulus reflexionis angulo incidentiæ ita vt si pila in lapidem perpendiculariter cadat, perpendiculariter debet resilire. si verò cadat versus sinistram per lineam illi oppositam debet resilire V. g. si cadat ab A. in C. non debet resilire in A, sed in D. nam aliter non faceret angulum æqualem angulo incidentiæ: in tantum autem angulus reflexionis debet esse Equalis angulo incidentiæ, in quantum natura semper vult esse conformis. regulariter in sua actione, ergo si versus sinistram partem vergit in C. cum non possit procedere vlterius propter impedimentum, resilit ad D. & sic tendit eamdem versus sinistram partem, & est vniformis in sua actione, si enim resiliret ad A. non esset conformis in sua actione, & mutaret tenorem itineris incepti, nam retrocederet ad dextram vt patebit consideranti appositam figuram.

Angulus reflexionis equalis ang. incidentia.



Ratio.


2 Si autem agens vt in Centro emit-

emittat suam actionem per lineam rectam, & illa actio offendat impedimentum, quod non neget omnino transitum, sed illum variet secundum varietatem medij, tunc est refractio, quæ est quædam quasi obliquatio lineæ actionis causata à diuersitate medij densioris vel rarioris: nam si linea actionis transiens à medio raro incurrat in medium densius v. g. transiens ab aere in aquam, certe Pila, quæ debet facere lineam A.B.F. impingendo in superficiem aquæ B, facit lineam B.E. accedendo ad perpendicularem B.I. quia cum medium sit densius retardat actionem, & sic obliquat ad perpendicularem: Quando autem linea actionis debet transire à medio denso in rarius vt ab aqua in aerem, sicuti deberet facere lineam A. B. F. si semper medium esset vniforme, cum tamen in B. impingat in medium rarius, facit lineā A.B.G. quia raritas iuuat actionē, vt patet experientia in Baculo semi immerso in aquā, qui apparet fractus tendens sursum in illa portione immersa in aquam per rationē supra dictam, à qua habetur etiam quare obiectum quod non videtur in fundo Pelluuij sine aqua, postea apposita aqua videatur idem obiectum.

Refractio quid.

Ad perpendiculari.

à perpēdiculari.



Intensio in reflexione, & refractione.

3 Cum lumen impingens in speculum concauum reflectendo augeatur in puncto concursus, & augeatur etiam impingens in Amphoram rotundã aqua plenam in puncto concursus post Amphoram, per quam refrangitur radius luminosus, quæritur à quo nam habeatur talis intensio in puncto concursus tam in reflexione, quam in refractione. Aliqui dicunt intensionem fieri à se, vel per actionem in simile. sed istæ opiniones reiectæ sunt supra cum nemo possit augere virtutem, quam non habet vt Centiloq. 59.

Neque ex compositione athomorum.

4 Illi qui componunt omnia ex Athomis aiunt illam maiorem intensionem fieri ex vnione oorpusculorum lucidorum lucentium solum ad positionem agentis luminosi. Hæc sententia si aliunde non haberet maximã improbabilitatem, facillimè explicaret dubium; quia si ei opponeretur quod si lumen esset corpus adeo subtile posset ingredi per omnes poros, & tamen contrarium accidit, nam æstate clausa fenestra ingrediuntur corpuscula calida, & tamen non ingreditur lumen: statim respondebit afferẽdo istãtiã venti, qui non ingreditur per aliquod minimũ foramen, per quod ingreditur gutta aquæ obliquè serpendo ergo licet corpus sit subtilius, ob sui tamen agi-

agilitatem, & celeritatem in vento) minimo obice ſtatim reſili.: ſi iterũ ei opponatur emiſſionem luminis fieri in inſtanti, & motus localis corpuſculorum non fieri in inſtanti, facillime poteſt reſpondere vel negãdo quod diffuſio luminis fiat in iſtãti vel dicendo non fieri per motum localem corpuſculorum, ſed per corpuſcula lucida ſolum lucentia, ad præſentiam agentis luminoſi, ſed quidquid ſit de iſtis, & de alijs quæ dici poſſunt ad reijciendam dictam ſententiam. Tamen contra eſt efficacius. primo quia hæc ſententia, improbabiliſſima eſt, vtque talis reiecta eſt à Scolis, & vt temeraria, fulminata eſt vt alibi explicabimus, præſertim cum neget compoſitionem ſubſtantialem. Contra 2. quia ſi eſſent corpuſcula lucida, vbique ad præſentiam luminoſi viderentur vt ipſi fatentur, ſed non videntur in illo loco in quo ſunt; ſi enim clauſo bene cubiculo ſit ſolum anguſtum, foramen per quod tranſeat radius ſolaris certe, & radius videbitur, & cubiculum illuminabitur ſi ſit corpus in quod impingat radius: at ſi Eregione illius foraminis ſit aliud foramen, per quod transgrediatur radius, non videbitur nec radius, nec illuminabitur cubiculum, vt experientia docet, ergo non poſſunt eſſe

Quãdo radius ſolaris non videtur.

esse corpuscula quæ semper viderẽtur sicuti uidetur radius per oppositionem Athomorum, & pulueris ascendentium per aerem, etiamsi radius per utrumque foramen transeat.

5 Melius itaque explicabitur difficultas si dicamus, quod corpus in quod impingit lumen, secundum uariam dispositionem, & uirtutem, habet vim reddendi radios reflexos, seu refractos luminosiores. Probatur 1. quia experientia patet quod si lumen transeat per Vitrum etiam vltra punctum concursus seruat colorem Vitri, & est splendidior se ipso, ante quam transeat per Vitrum, ergo signum est quod illud corpus in quod impingit reddat radium luminosiorem: Idemque accidit in reflexione facta per speculum concauum, etiam ultra punctum concursus. Experientia enim docet, talem radium postea non posse bene sustineri à potentia uisiua, sicuti prius. Probatur 2. quia si hoc non esset, non potest in ulla sententia explicari, cur non semper fieret intensio luminis, & caloris in puncto concursus, cum semper sit punctũ concursus posita reflexione seu refractione. Et pono casum in quo sit dispositum lignum, sicuti est dispositum speculum concauum, cum eadem

Intensio quomodo accidat in reflexione, & refractione.

ratio 1.

ratio 2.

instãtia

dem

dem prorsus figura, & proportione sub radio perpendiculari solis, certe radius impingens in tale lignum deberet facere angulum reflexionis æqualem angulo incidentiæ, sed perpendiculariter cadit, ergo eodem pacto debet resilire, ergo deberet facere punctum concursus; sed dato quod faciat punctum concursus nõ intenditur lumen, & calor, eo pacto quo intenditur in puncto concursus facto à radio reflexo à speculo Concauo, à quo multoties incenditur esca ergo signum est quod radius redditur luminosior à speculo, quam à ligno eodem modo disposito. Probatur 3. quia duo radij emanati à sole transeuntes per foramen in puncto vnionis, & inter secationis post foramen non est adeo intensius lumen sicuti est si post Vitrum vniantur radij, ergo signum est quod radij redduntur validiores à corpore in quod impingit secundum dispositionem, & naturam ipsius corporis aliquando enim plus luminis aliquando plus caloris reddit. ratio 5.

6 Per hanc nostram sententiam bene explicatur quomodo sydera possint videre noctu, & si Cælum Lunæ sit illuminatum radijs solaribus, quia radij directi solis impingentis in sydera quæ habẽt aliquid luminis in se, redduntur luminosiores,

ves, & sic non possunt impediri à radijs diffusis per Ethera, neque agũt in simile, cum illi sint validiores, vt patet. Explicatur etiam quare possunt apparere plures Lunæ, & multiplicatus Sol in nubibus optimè dispositis ad concipiendum tantum luminis, & augendo per virtutem ipsius corporis reflectentis, vt videatur æquare ipsam Lunam, & ipsummet Solem.

Quomodo videātur Luna, & Sol multiplicati.

7 Quod si petas quomodo corpus reflectens, seu refrangens possit reddere radios luminosiores, & validiores. Dico quod hoc non est nouum in natura nam sicuti in homine dantur Spiritus vitales, animales, & naturales, ità in vnoquoque composito dantur Spiritus secundum dispositionem compositi, ideoque videmus quod ex Calibe, & lapide depromuntur scintillæ igneę, ergo dantur etiam Spiritus, seu corpuscula luminosa in aliquo composito in magna quantitate vt constat ex oculis Fælis, & Lupi qui videtur noctu quasi laternæ: Ex lapidibus prætiosis, & præcipuè ex Carbunculo: ex quodam lapide, qui non multis ab hinc annis repertus propè Bononiam, si exponatur per integram horam radijs solaribus ità excitantur illi Spiritus, & corpuscula luminosa, vt ablatus à sole in

Validiores radij à corpore in quod impingunt.

in tenebroso loco per aliquid temporis lucescat: ex ipso argento, & lamina Enea benè expolita; ex ipso Christallo, & ex multis alijs experientijs. Cum radius igitur luminis impingat in tale corpus, quod spiritibus luminosioribus polleat, ipsum lumen emanatum à talis spiritibus vnitum cum radio impingente fit agens validius quod postea vnitum cum alio radio, in quod potest agere assimilando sibi illum fit maxima intensio in puncto concursus, & vnionis.

8 Dices hanc nostram sententiã incidere cum sententia componentiũ omnia ex Athomis vel nihil dicere plus eo quòd dicunt intensionem luminis ideo fieti in puncto concursus quia ibi sunt duo agentia, quæ plus possunt, quam unum agens. Respondeo neque nostram sententiam coincidere, cum illa ponente omnia fieri ex athomis, quia etiam si ponamus aliqua corpuscula in ipso composito, tamen adest compositum per nos substantialiter productum, & substãtialiter diuersum ab ipsis athomis, & particulis, seu calidis, seu frigidis seu luminosis latitantibus in ipsis compositis: Neque coincidere cum alia, quia alia difficillimè potest saluare, quod simile non agat in simile si radius reflexus, seu re- *Discrimẽ aliarũ sententiarũ à nostra.*

frac-

fractus non sit validior radio directo, & nullo modo potest explicare cur in puncto concursus facto ex reflexione radiorũ in speculo sit adeo ingens lumen, & calor, vt possit escam accendere, & non sit tanta virtus in puncto concursus facto in reflexione radiorum à ligno disposito eodem modo, vt speculum, & tamen tam lignum, quam speculum sunt impedimenta, ita vt faciant reflexionem. Esset insipidissimum dicere lignum licet dispositum vt speculum concauum nõ reflectere tam bene radios sicuti speculum Chrystallinum cum omnino impediat eodem modo ergo etiam reflectit Dicatur quæso quid sibi vult hoc non reflectere tam bene, cum ex nostra sententia omnia bene saluentur, & explicentur, & certioremur magis de dispositionibus compositorũ, (vt in tertia ratione) quorum aliqua plures spiritus habent igneos, alia plures frigidos, aliqua plures lucidos cũ frigiditate permixtos vt in Niue &c.

CEN.

CENTILOQ. LXII.

De Reactione.

1 QVæstio hæc propriè locum habet solum in qualitatibus corruptiuis inter quas magis actiuus est calor, postea minus actiuum est frigus deinde humiditas, demum siccitas; & patet experientia ignis enim sẽtitur ad maiorem distantiam propter calorem, quam frigus, & magis frigus, quam humiditas, & magis humiditas, quam siccitas; hinc est quod non potest perdurare manus in igne, vel in aqua feruentissimà, potest tamen per tantillum temporis perdurare in frigidissima aqua. Illa, quæ sunt magis actiua minorem habent resistentiam loquendo de resistentia formali. Nã duplex est resistentia, alia effectiua, alia formalis, prima est ipsamet actio, atque per hanc tam passum quam agens potest denominari agere, pati, vel repati, licet magis propriè agere dicatur de eo quod superat, reagere vero de eo quod superatur. Resistentia formalis vero est quæ resistit contrario opposito niten-

Reactio in quod datur.

quæ qualitas magis actiua.

quæ magis resistit.

Resistẽtia quotuplex.

nitenti introducere formam oppositam nullo tamen modo agendo, sed per suam solam permanentiam in esse, siue, vt clarius dicam, *resistentia formalis, est vis quædam naturalis permanendi in esse ratione cuius res, difficile dextrui potest.* Illa itaque quæ sunt magis actiua, minus resistunt, & illa quæ minus sunt actiua resistunt magis: quare calor minus omnium resistit resistentia formali, magis frigus, eo magis humiditas, & maximè siccitas, vt patet experientia quia plus resistit humiditas in aqua, quam frigiditas sic plus videmus Terram ab aere calido calefieri, quam humectari quia minus resistit frigiditas, quam siccitas. Et ratio huius est quia natura postulat bonũ ordinem Vniuersi, & conseruationẽ rerum; hinc est vt quæ magis actiua sunt, non sint magis resistentia ne omnia transmutentur in ipsa, & quæ sunt minus actiua sunt magis resistentia ne facillimè superentur à magis actiuis, siue hoc accidat ratione vnionis, siue ratione alicuius conditionis consequentis ad ipsas qualitates, siue ratione subiecti vt ait Suarez disp. 43. Meth. sec. 1. nu. 12. siue fiat ex natura sua ita statuta à natura vniuersali siue ab auctore naturæ in bonum vniuersi quod mihi probabilius videtur, & non quod

dicit

dicit Suarez, quia etiam si qualitates, quæ sunt magis actiuæ non sunt in proprio subiecto, ad huc tamen sunt magis actiuæ, vt patet in Calore, qui est in aqua Calefacta.

2 Communiter affirmatur, & optime inter agentia naturalia dari reactionem per qualitates corruptiuas Probatur 1. ex Aristotile hic Tex. 53. 7. Physicorum Tex. 8. & alibi sæpissimé sed præcipuè lib. 4. de Generatione animalium c. 3. circa medium, vbi habet, *quod omne agens patitur etiam à patiente vt quod secat hebetatur ab eo quod secatur, quòd calefacit refrigeratur à calescente: denique quodcumque mouet excepto primo, mutuo mouetur aliquo motu, V. g. quod pellit pellitur quodammodò, quod premit premitur.* Ex quo patet dari reactionem. Probatur 2. experientia quia dum manus frigida tangit calidam, ambæ reducuntur ad statum medium, ergo dum prima producit aliquid frigoris in secunda, hæc producit aliquid Caloris in prima. quod probatur a priori, quia vtraque qualitas est actiua, & eodem modo applicata, ergo vna agendo in alterum repatitur, nec per hoc datur mutua causalitas, quia frigus quod causat frigiditatem in altera manu non causatur à Calore. Probatur 3. ex mixtione quæ non potest fieri nisi at-

Datur reactio.

Ratio a priori.

attemperarentur simul qualitates, imo Medicina solum in parte agente repassa consistit.

3 Neque obstat, quod opponit Riccardus à Suizzet cognomento calculator, quod hoc modo moueretur duobus motibus cōtrarijs, vel idem produceretur, & corrumperetur. Quoniam pars repassa ante reactionem est dissimilis parti non repassæ, & non sunt duo motus cōtrarij, sed fit vnus motus tertius in repassione, nam fit tepiditas V.g.& non fit simpliciter caliditas. Neque hinc potest inferri actio in simile per applicationem vtriusque manus ęquæ calidæ ad inuicem confricando, sicuti neque per incursionē duarum Phyalarum Vitrearum dum confringuntur. Quoniam in reactione agentia sunt dissimilia, quando.n, sunt facta similia non agunt amplius ad inuicem. Quando verò ambæ manus æqualiter calidæ per confricationem calefiunt, magis non est agere in simile actione Vniuoca, sed Equiuoca Confricatio enim parit in vtraque manu vtrumque effectum perfectiorem, ita etiam actione Equiuoca agunt anphoræ se frangendo per incursum ad inuicem, per per quem causatur fractio vtriusq-

Solutio. ne Ob.

Non datur actio in simile.

CEN-

CENTILOQ. LXIII.

De Terminis Generabilium, & Corruptibilium.

1 QVoniam quæ generantur, & corrumpuntur, habent terminos, quorum aliqui respiciunt entitatem, alij respiciunt duratione, ideo de istis hic est sermo Et primo de illis, qui respiciunt entitatem, potest quæri an in corporibus naturalibus generabilibus, & corruptibilibus tam viuentibus, quam non viuentibus detur terminus magnitudinis, vltra quem extendi non possit corpus, & terminus paruitatis infra quem minui non possit Si loquamur de non viuentibus, & nullam connexionem habentibus cum viuentibus certe in illis non datur terminus magnitudinis, cum non appareat cur Deus si produceret noua, & noua ligna, non possint comburi, & cõtinuari in infinitum cum igne præcedenti. Et quamuis corpora non viuentia præfigant sibi determinatã intensionem qualitatum, tamen non

In non viuentibus non datur termin. magnitudinis.

non requirunt extensionem determinatam, quæ cum fiat per additionẽ noui corporis, non apparet aliquid perfectionis in prima parte corporis quod crescit. Quæ enim perfectio esset vni lineæ, si ei addatur alia, quæ extendatur postea in infinitum? At in intensione quæ fit in eadem parte subiecti requireretur quod capacitas subiecti, nullam haberet limitationem, si posset fieri maior, & maior intensio in infinitum.

Disparitas de intensione.

2 In viuentibus verò debet dari terminus magnitudinis, tum quia nutritio magna ex parte fit per motum localem, cum sit per intrasusceptionem alimẽti, eiusque distributionem, hoc autem non potest fieri in corpore infinito, quippe quod occuparet infinitam distantiam impertransibilem per motum localem; tum quia stomachus esset finitus cum vtrinque sit terminatus omnimode, & ex alia parte deberet esse infinitus ad conquoquendum cibum infinitum infinito corpori necessarium, & quia stomachus est pars infiniti ergo debet esse infinita, vt alibi dictum est. Paritas inter non viuentia, & viuentia non vrget, cum omnes partes viuentis debeant habere communionem inter se, quæ non potest esse in re infinitæ molis, vt vidimus; in non viuentibus autem non datur talis

In viuẽtibus datur terminus magnitudinis.

Disparitas de non viuẽtibus

talis communicatio ideoque non habent aliam vnionem nisi quod vna pars sit vnita immediatè vni, & mediate alteri, sed in viuentibus est perfectior connexio, cum sit communicatio ad inuicem.

3 Quod detur terminus paruitatis, infra quem minui non possit corpus respectu cuiuscumque formæ substantialis juxta diuersam exigentiam, quam ad earum conseruationem, & operationem pro bono vniuersi natura agnouerit necessariam, suadetur quia extensio est requisitum necessarium ad constitutionem formæ substantialis, vt patet in corde animalis, quod non viuit si sit minus per minimam partem: Tum quia à natura esse substantiale instituitur per modum entis persistentis, & non transeuntis ergo verisimile non est, vt formæ substantiales introducantur. in materiam adeo paruam, quæ per se accepta statim possit expugnari à contrarijs contiguis: Tum quia natura vult non solum existentiā formæ, sed etiā in statu perfecto, ne sit inutilis, & possit operari, sed si esset in puncto minimo indiuisibili V g non posset operari quia passum est diuisibile in infinitum in partes proportionales, ergo in nulla parte potest operari cum debeat in minori, nam

Terminus paruitatis datur.

Valida ratio.

quæcumque assignetur, potest semper diuidi in infinitum, ergo requiritur vt agens sit in determinata paruitate vt simul tempore tota pars determinata passi secundum se totam possit calefieri V. g. & comburi, aliter enim nulla esset proportio. Hoc totum suadetur vt dixi ab experientia in Animali, in quo non potest consistere formà substantialis, neque remanere vita si per minimam partem aliquid à corde auferatur, ergo signum est quod requiritur tanta extensio determinata, & non minor. Itaque vltra alia requisita ad esse formæ substantialis est extensio.

4 Non obstat quod quãtum per Aristotilem 5. Meth c 13. definiatur. *Quod sit diuisibile in ea quæ in sunt, quorum, vtrumque aut singula apta sunt esse.* Sed etiam vnum minimum esset quantum, ergo etiam partes vnius minimi aptæ sunt esse vnum quid, ideoque possunt existere separatæ, & retinere formam, aliter non possent esse vnum quid. Quoniam talis definitio verificatur de quantitate continua per non repugnantiam, videlicet quod quantitas sit ens talis naturæ, cui non repugnet habere partes, quæ seorsim sumptæ sint hoc aliquid, per quam non repugnantiã distinguitur quantitas ab alijs, quorũ partes sunt en-

Definitio quãtitatis quomodo intelligenda.

tia

tia incompleta, & imperfecta, & hoc modo debet dici in sententia Aristotelis. Ad instantiam quod si minimum diuidatur, & medietas ponatur in vacuo, cum materia nõ possit esse spoliata omni forma remaneret forma in minori quantitate. Respondeo quod posito tali miraculo materia existeret naturaliter sine forma per propriam existẽtiam, quam habet independenter à forma vt vidimus. *Occurritur ad instãtiã*

5 Si vero sermo sit de terminis quæ respiciunt durationem duo sunt à Philosophis desumpti ab Aristotile 8. Physicorum, & dicuntur instantia *intrinseca seu extrinseca* non quia sint necessaria indiuisibilia, sed sunt per conceptũ. Huiusmodi instãtia intrinseca, seu extrinseca explicantur per quatuor terminos pertinentes ad incæptionem, & desitionem. Ad incæptionem pertinent hi duo videlicet. *Primum esse, & vltimum non esse. Primum esse.* videlicet in hoc instanti verum est dicere est actio, vel res quæ fit per actionem, & immediatè antea non erat. *Vltimũ non esse* hoc est, nunc res vel actio non est, & immediatè post erit. Ad desitionem pertinent hi duo alij termini nempe *vltimum esse, & Primum non esse. Vltimum esse* hoc est nunc est verum dicere est actio vel

Termini durationis in incæptione

Primũ esse.

Vltimũ nõ esse.

in desitione sunt vltimum esse.

res, & immediaté postea non erit.

primũ nõ esse. *Primum non esse* hoc est nunc verũ est dicere primo res non est, & immediatè antea erat. Ex his terminis duo sunt intrinseci *videlicet primum esse, & vltimum esse*, quia res quæ dicitur incipere, & desinere in illis existit; vt immediatè antea non fuerit, & immediatè post non sit: Duo vero extrinseci scilicet *vltimũ non esse. & Primum non esse.* Dicuntur extrinseci, quia in illis non est res, sed ita, vt immediatè post sit futura, & immediaté antea fuerit.

Non datur alius modus, 6 Quidquid incipit vel desinit necessariò incipit, vel desinit in instanti intrinseco, vel extrinseco modo supra explicato, & non potest dari alius modus incipiendi, & finiendi, quia tam incæptio quam desitio in instãti intrinseco vel extrinseco sunt contradictoria, ergo non habent medium quo aliter ab explicatis fiat incæptio, & desitio. Esse nunc enim primo, & non esse nunc primo sunt contradictoria, sed esse nunc primo est incipere intrinsecè, & non esse nunc primo est incipere extrinsecè, pari modo de desitione, ergo incipere vel desinere in instanti intrinseco, & extrinseco non habent medium, cum sint contradictoria. Neque obstat quod excogitarunt aliqui apud Suarez Tom. 3. in ter-

tertiam partem disp. 8. sec 2. nempe posse esse inceptionem, vel desinitionem in tempore indeterminato. Si enim aliquis existens in gratia, & ex Dei præcepto teneretur elicere actum charitatis ante instans mortis, si hic ante illud instans non eliciat actum Charitatis peccat mortaliter, & amittit gratiam, sed gratia non desinit in primo instāti mortis, quia tunc non est homo, nec in aliquo instanti præcedenti, quia in illo potest elicere actum Charitatis, ergo in tempore indeterminato. Quia hoc & simile præceptum est impossibile, sicuti est impossibile præceptum quod fieret Angelo vt ante instans terminatiuum horæ eliciat actum obediētiæ. Quoniam ex vna parte de ratione præcepti est obligatio, & ex altera non est, quia non obligaret, nam cum hora sit diuisibilis in infinitum, in ea non est vltimum instans indiuisibile. Ex alia parte autem bene possunt saluari hi, & similes casus per illos modos explicatos incipiendi, & finiendi, nam potest dici quod gratia, charitas, & aliæ qualitates supernaturales incipiunt intrinsecè, quia incipiunt quando ponitur dispositio determinata ad illas. Hoc modo etiam de sacramentis si physicè causant gratiam.

respōdeo ad instēt

7 Lo-

7 Loquendo de actione successiua, vt sunt tempus motus, & de ijs quæ fiunt successiué omnia incipiunt, & desinunt extrinsecè; Quia implicat successiuum esse in instanti, & totum simul, nec potest assignari prima aut vltima pars, cum quæcunque sit diuisibilis in infinitum, sed nec actiones successiuæ nec tempus, nec motus nec ea quæ fiunt in tempore, & cum motu possunt esse tota simul, nec potest assignari prima vel vltima pars, quæ respondeat primo vel vltimo instanti, ficuti accidit in ijs quæ incipiunt intrinsecè, ergo hæc omnia incipiunt, & desinunt extrinsecè. Nec obstat quod nihil potest incipere, & desinere, quando non est, sed incipere, & desinere extrinsecè est idem ac dicere incipere, & desinere in instanti quãdo non est, vt patet ex explicatione terminorum vt supra ergo &c. Quoniam potest incipere ac desinere res quando non est, si immediatè post erit, vel immediatè antea fuit, nam cum assignari non possit primum esse, & vltimum esse (aliter enim non esset diuisibile in infinitum) igitur inquirimus quod est illi proximum, scilicet vltimum non esse quod loco primi esse: & primum non esse quod substituimus loco vltimi esse.

quæ successiuè fiunt incipiũt & desinunt extrinsecè.

Occurrit obiect.

8 Ne-

8 Neque obſtat quod ſi formæ ſubſtantiales quæ fierent cum tempore, & motu inciperent, & deſinerent extrinſecè, daretur aliquod inſtans, in quo materia eſſet ſpoliata omni forma, nam ſi dum comburitur filum V.g. forma ignis inciperet extrinſecè etiam forma fili deſineret extrinſece, cum in vtroque ſit actio ſucceſſiua, ergo verum eſt dicere in inceptione, nunc non eſt forma ignis, & immediatè poſtea erit, ac pariter, nunc primo non eſt filum & immediatè antea erat, ergo in illo nūc intrinſeco nō eſt forma ignis nec formali fili, & conſequenter materia pro illo nunc intrinſeco eſt ſine omni forma. Hoc argumentū licet ſit validiſſimum contra aliquos, contra nos tamen nihil vàlet, qui ponimus formas ſubſtantiales incipere intrinſecè, & deſinere extrinſecè. Itaque quando deſinit extrinſecè forma fili incipit intriuſecè forma ignis, qnia poſitis diſpoſitionibus ad formam ignis, ipſa incipit intrinſecè, & hoc maximé, quia non eſt motus niſi reſpectu ſubiecti, non vero reſpectu formæ, quæ tota paulatim ſerpit per partes ſubiecti, quando vero introducitur calor, tunc eſt motus, quia paulatim ipſe in eadem parte ſubiecti augetur. Neque valet paritas, quod ſi incipit intrinſecè debet

etiam intrinsecè desinere, quia plus ad sui productionem, quam ad sui conseruationem requiruntur dispositiones in gradu perfecto, & determinato.

9 Si vero loquamur de actionibus instantaneis, & de ijs, quæ per ipsas fiunt, vt est infusio animæ rationalis, creatio, annihilatio &c. Certè incipiunt, & desinunt intrinsecè, quia sunt independenter ab omni tempore, & ab omni dispositione, quæ quamuis requirerentur, extrinsecè se habent, intrinsecè verò ipsa actio instantanea, cum sit idem fieri, & factum esse: neque valeret in istis quod subiectum esset cum dupplici forma incompossibili, sicuti valeret hoc argumentum si poneretur actionem instantaneã desinere extrinsecè, quia intrinsecè esset in illo nunc in quo est alia actio instãtanea, ergo essent duæ actiones instantaneæ incompossibiles in illo nunc.

CEN-

CENTILOQ. LXIV.

De Corpore Corruptibili simplici.

Vbi.

De Natura Elementorum.

1 CErtum est dari elemēta hoc est corpora simplicia, ex quibus alia corpora componuntur vt experientia suadet, aliter enim daretur processus in infinitum in generatione mixtorum nisi ad aliqua corpora simplicia deueniatur, quæ in alia corpora resolui non possint indiuisibilia secundum speciem. Adde quod darentur primæ qualitates in statu refracto, vt apparet in compositis, & tamen non darentur primæ qualitates in gradu perfecto in aliquo corpore; quod non potest esse quia natura fecisset aliquod imperfectum. Definitur elementum ab Aristotile, *Esse id ex quo ali-*

Dantur elemēta.

quid sint.

aliquid componitur primo existente indiuisibili secundum speciem, & sunt sicuti literæ, quæ componunt syllabam.

Habent formas.

2 Elementa habent formas substantiales præter ipsas primas qualitates, quia in Sacramento Eucharistiæ pereunt substantiæ panis, & Vini, & remanent primæ qualitates, sed substantia Panis, & Vini cum sit quid compositum ex materia, & forma, habet elementa, ergo vltra primas qualitates habent formas: quod suadetur etiam ex aqua, quæ quamuis sit feruentissima, remota ab igne, redit ad proprium statum, quod non potest fieri nisi à propria forma.

Sunt quatuor

3 Ista corpora simplicia ordinata ad mixtorum compositionem sunt quatuor videlicet Terra, Aqua, Aer, & Ignis, quia quatuor tantum apparent in mixtis, Terra siquidem, quia mixta solida sunt, & in proprio loco sistunt, quod est munus Terræ: eorum partes simul conglutinantur, & coagulantur, quod est munus aquæ, hoc enim est proprium humiditatis: sed quia sunt actiua, & etiam frigida, ideo ignis, & aer etiã dantur. Patet etiam talis numerus elementorum ex motu, quia quatuor sunt motus recti, nempe à Centro simpliciter; & hic motus est ignis

à

à Centro secundum quid, & est Aeris: ad Centrum simpliciter, & est Terræ; & ad Centrum secundũ quid, & est Aquæ. Probatur hoc idem ex combinatione primarum qualitatum, quæ cum sint quatuor, faciunt sex combinationes duas inutiles, & incompossibiles, quatuor verò vtiles, & compossibiles, quod per regulas Aritmeticas facilè ostenditur; multiplicando scilicet vltimũ numerum per penultimum, & numerum productum ex multiplicatione diuidendo bifariam, tot erunt binaria, & combinationes illius numeri. V. g. in casu nostro: quatuor sunt qualitates multiplicando quatuor per tria) quod est multiplicare vltimum per penultimum resultabit numerus duodenarius, hunc numerum diuidendo bifariam erit numerus Senarius, & tot erunt combinationes binariæ, ex quatuor vnitatibus, sed cum in his sex combinationibus duæ sint penitus inutiles, & naturaliter impossibiles nempe combinatio calidi, & frigidi, & combinatio humidi, & sicci, quia sunt ex contrarijs, nullaque res Physica simul est principium duorum contrariorum, igitur restant quatuor combinationes vtiles, ex quibus habentur quatuor elementa.

Motus Elementorum.

diuersa binaria ex numero reperire.

Locus Ignis. 4 Datur igitur in Concauo Lunæ super omnia alia elementa ignis, cum sit omnium leuissimus, quique probabilius est, quod sit eiusdem rationis cum nostrate, nam aliter noster ignis non tenderet ad illam sphæram, & non haberet illas easdẽ qualitates proprias nempe Caliditatem, & siccitatem, sicut habet elementaris. Verum quidẽ est quod noster ignis, cum non sit omnino purus, & elementaris neque est ita rarus, & lucidus, tamen hoc non tollit naturam, & facit solum differre accidentaliter. Præcipua proprietas ignis est vrere ideoque potest de- *quid sit.* scribi. *Quod ignis sit id quod est aptum vrere*; Et licet ignis in fornace Babilonica non vsserit pueros per miraculum, tamen cum fuerit aptus vrere conseruauit naturam.

Locus terræ, et aquæ 5 Sicut ignis est supra omnia Elementa in Concauo, Lunæ ibique habet propriam sphæram, ità in Centro Mundi sunt Terra, & aqua, quæ duo vnum efficiunt Globum, vt probauimus supra Centiloq. 51. nu. 7. Sed quamuis Terræ, & aquæ partes ad idem Centrum tendant, non tamen per eumdem motum, nam aqua tendit ad Centrum secundum quid, vt diximus; Terra verò simpliciter, ideoque Aqua cum sit leuior Ter-

Terra est etiam supra Terram.

6 Inter Globum Terræ, & aquæ & inter superficiem ignis elementaris respicientem Terram manet, aer in tres Regiones diuisus, scilicet in supremam, mediam, & infimam. Prima Calida est ex natura sua, & præter naturam est sicca, tam propter solis, & ignis, & radiorum solarium propinquitatem, tum propter exhalationes Calidas ibi existētes, ex vi solis à Terra in sublimi elatas. Secunda est natura sua humida, & præter naturam frigida propter uapores ex locis aquosis elatos vi solis, & syderum, qui vapores deficiente Calore per recessum solis ibique ad suum statum naturalem redeuntes, regionem illam refrigerant. Tertia denique temperata est propter reflexionem radiorum solis, & propter ignes, & respirationes.

Locus Aeris.

Quare tres regiones.

7 Tota Aeris regio est Mundo Concentrica, tam secundum superficiem concauam, qua Globum Terræ, & aquæ ambit, quam secundum superficiem conuexam quæ ab igne elementari complectitur singulæ tamen Regiones Aeris sunt Eccentricæ Mundo, & valdè inter se dissimiles quia media Regio in partibus Equinoctialibus propter continuam solis præsentiam longe minor

est,

est, quam sub Polis, ideoque suprema, & infima sunt maiores sub Polis, quam sub Equinoctiali, cum istæ regiones diuersificentur (vt dixi) per varias qualitates accidentarias habitas à Calore extrinseco, vaporum scilicet, & syderum, Solis, & ignis, nam aer natura sua Calidus est, & humidus.

CENTILOQ. LXV.

De Virtutibus.

Seù

Qualitatibus Actiuis Elementorum.

Qualitates actiuæ Elementorū

1 SIngula Elementa debent habere virtutes actiuas, nā vt experientia constat Aqua est frigida & humida; Aer Calidus, & humidus; Ignis Calidus, & siccus; Terra frigida, & sicca. Istæ primæ qualitates dicūtur primæ, quia sunt proprietates primis corporibus corruptibilibus, simplicibusque debitæ, & quia ex ipsis reliquæ omnes oriuntur qualitates, quæ appellantur se-

Sunt quatuor

cundæ

cundæ, seu mediæ. Istæ qualitates primæ quatuor tantum sunt, nempe Caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, quia nulla potest assignari qualitas solis corporibus corruptibilibus debita, quæ sit ante istas, & ex istis non oriatur, Lux verò, figura, & alia similia sunt cõmunia corpori tã corruptibili quãincorruptibili cũ huiusmodi reperiantur etiã in Cælo, in quo non potest argui dari primas qualitates corruptiuas ex eo quod detur in Cælo Color, qui est secũda qualitas orta ex permixtione primarum. Quoniam per nos non datur Color, ergo non est secunda qualitas orta ex primis, vt suo loco exactè dicemus.

Color an qualitas

2 Istæ primæ qualitates sunt positiuæ, tum quia frigus non est sola priuatio caloris, sed causant sensationem, tum quia res frigida agit in Calidam, & multoties expugnat, quod non contingeret, si esset mera priuatio. Et non solum ex dictis apparet quod sint positiuæ, sed etiã actiuæ, quod comprobatur etiam quia si non omnes essent actiuæ aliquo modo non posset fieri mixtio, ad quem finem à natura sunt institutæ. Et in tantum attribuimus singulis elementis proprias qualitates quas diximus supra nempe igni Caliditatem, & siccitatem. Terræ sicci-

Sunt actiuæ.

Cur ita compe- tant.

cita-

citatem, & frigiditatem Aquæ humiditatem, & frigiditatem,& Aeri caliditatem, & humiditatem, quia vidimus lignum V.g. per calorem, & siccitatem disponi ad ignis generationem, Aquam per frigiditatem reacquisitam, & humiditatem remanere in proprio esse, & sic de alijs elementis, in quibus istæ qualitates regulariter debent esse in summo, vt à natura sint constitutæ in gradu perfecto in aliquo corpore.

An in summo.

3 Possunt primæ qualitates describi per suos effectus secundarios, quia per illos melius distinguuntur, & earum natura clarius explicatur, & sic calor *dicitur esse id, quod per se congregat homogenea, & disgregat Ethorogenea*, sed intellige tam homogenea, quam Etherogenea non in substantia, sed in virtute motiua: Calor enim attenuando, & dissoluendo partes subiecti efficit, vt sine impedimento homogenea in leuitate ascendere possint, & descendere, & vnire homogenea in grauitate. Est tamen per accidens, quod misceat in Venis humores,& in stomaco Cibos, quia illos attenuando, & reddendo leues reddit prius homogeneos.

Calor qu. d.

Quomodo Ethrogenea cõgregat in venis & in stomaco.

4 Frigus est id *quod congregat homogenea, & Etherogenea*. Et ratio est quia

quia partes ſubiecti condēſando impedit ne partes homogeneæ inuicem ſeparentur, ſed illas ita vnit, vt ad ſua loca naturalia moueri nō poſſint vt patet in Glacie in qua vniuntur Capilli, & Paleæ &c. Quod vero in maſſa ſanguinea è Venis emiſſa videtur frigus ſeparare Etherogenea certe hoc eſt per accidens qua tenus frigus humores illos prius red dit Etherogeneos, cum ſinguli ad ſuum ſtatum naturalem ſe reducunt.

Frigus quid.

5 H*umiditas dicitur eſſe id quod facile terminatur termino alieno, & difficile proprio.* quia humida facilè figuram, & terminum amittere poſſunt, vt patet in aqua, & in Metallis liquatis, & per hoc habetur quod valde humidi memoriæ non retineãt. Per accidens tamen eſt quod glacies terminetur termino proprio, & non alieno, quia hoc prouenit ratione frigoris condenſantis, & exſiccantis, & ſic fluiditatem impedientis.

Humiditas quid

Quemodo terminetur termino proprio.

6 Siccitas *tandem eſt id quod facile terminatur termino proprio difficile alieno.* Non ob aliam rationem niſi quia ſicca tenaciſſimæ figuræ ſunt, cum per ſiccitatem partes facillimè diſcontinuentur, & ob hanc rationē lignum ſiccum facilius frangitur. quam viride, & viride facilius flec-

Siccitas quod,

flectitur ex abundantia humiditatis, quæ facilitat ad varias figuras.

7 Istæ qualitates cum sint actiuæ, & possint elementa applicari ad inuicem, patet elementa posse etiam ad inuicem transmutari, vt sentit Aristoteles hic tex. 23. & suadet tam experientia, quam ratio. Experientia, quia secundum aliquam sui partem vapores transmutantur in aerem, & aliqua pars aeris in fornace inclusa transmutatur in ignem, quod potest colligi ex eo pariter quod ignis in fornace extinguitur si nihil aeris habeat, vt nequeat respirare. Quinimmò multoties transmutatur in tertium elementum, vt dum ignis agit in aquam eam calefacit, & illa pars calefacta cum retineat humiditatem, transit in aerem, qui est calidus, & humidus: eodem modo dum ignis exiccat aquam retinendo frigiditatem, transmutat in terram; quod videtur accidere sæpè sæpiùs in criptis, in quibus addensantur in lapidē guttæ aqueæ, vt ipse vidi, imò ex talibus lapidibus constructus est fons nostri celebris Eremi montisfani. Verum quidē est, quod vaidè difficilis est talis transmutatio, cum formæ elementares possint conseruari etiam qualitatibus valdè imperfectis, cum ta-

An transmutetur elemēta

Experientia.

Ratio.

les formæ ad naturam materiæ primæ quam maximè approximentur, àdeoque imperfectissima compositorum sunt elementa, ergo minus requiritur ad eorum conseruationem, sicut plus requiritur ad conseruationem magis perfecti. Ista tamen difficultas transmutationis non reddit illam omnino impossibilem, vt patet ex supradictis experientijs, & suadet etiam ratio, quia agentia assimilant sibi passum in qualitatibus corruptiuis priùs, vt assimilent tandem in forma substantiali, ad quam obtinendam sunt vt media institutæ qualitates actiuæ à natura, ergo vnum elementum potest introducere in aliud, seu symbolum, seu dissimbolum propriæ qualitates, & tandem propriam formam.

8 Nec difficilius transmutatur dissymbolum, quam symbolum difficultāte intensiua, quia eodem modo se habent duo ad duo, quomodo se habet vnum ad vnum, præsertim cum transmutatio vnius, vt in casu nostro non iuuet ad transmutationem alterius qualitatis; nihil enim facit transmutatio frigiditatis in caliditatem in aqua respectu transmutationis humiditatis in siccitatem, quia humiditas non expugnatur à frigiditate, cum sint inter se compossibiles, & non cōtrariæ, sed à *An facilius symbolū*

sic-

ſiccitate ſolum, quæ eſt tantum ei contraria.

Obiect. 9 Quamuis verò ſymbolum cõueniat cum alio elemento ſymbolo in aliqua qualitate, vt ignis cum terra conuenit in ſicciıate, cum aere in caliditate, quæ ſunt ſymbola igni & terra cum aqua in frigiditate, & aqua cum aere in humiditate, quæ ſunt pariter ſymbola; diſſymbola vero ignis, & aqua, Terra, & Aer in nulla qualitate conueniant, tamen ſymboleitas in vna qualitate, cum non iuuet ad transmutandam aliam qualitatem, cum non ſit illi contraria, vt ſupra vidimus, non apparet maior facilitas intenſiua, ſed ſolum extenſiuè, & ità intelligendus eſt Ariſtotiles, quando ait facilius tranſmutari ſymbolum, quam diſſimbolum, hoc eſt cum ignis agat in terram v. g. non debet agere ſecundum ſiccitatem, & caliditatem ſimul, quia ſiccitas adeſt in terra, ergo illa perſeuerante calor debet agere in frigiditatem, vt in contrarium, itaque ſecundum intenſionem non eſt maior facilitas, vt ignis ſuperet proprio calore frigiditatem aquæ, quam frigiditatem terræ. dummodo illæ duæ frigiditates ſint æque intenſæ.

Symbola quæ.

Diſſymbolaque.

Reſp.

Diſſymbolum intenſiuè difficilius.

CEN-

CENTILOQ. LXIV.

De Virtutibus motiuis Elementorum.

1 SIngula elementa habent proprias virtutes quibus ad loca naturalia tendunt,& in illis quiescunt. Istæ virtutes motiuæ sunt grauitas, & leuitas, quia experientia constat ignem in Terræ visceribus inclusum partes superimpositas vehementer impellere, & rumpere, ac penitus dissipare,partes verò Collaterales leniter mouere, & partem infimàm, seu substentantem nihil dimouere; similiter patet experientia, aerem in folle inclusum dum follis intra aquam immergitur manum supra positam sursum impellere, suppositam vero vix tangere, quæ experientiæ non possent euenire nisi elementa haberent virtutem motiuam, & principium aliquod intrinsecum illius motus. *Virtutes motiuæ quæ.* *Dantur*

2 Grauitas definitur *esse id quod natum est ferri ad medium, seu ad Centrum Mundi simpliciter, vel secundum quid*: Simpliciter conuenit Terræ *Grauitas quæ.*

1ç; secundum quid Aquæ, cum Terra sit grauis simpliciter, aqua vero secundum quid, vt supradixi cum Aristotile. Leuitas verò dicitur *id quod natum est ferri à medio seu sursum, vel simpliciter vel secundum quid*, simpliciter conuenit igni, secundum quid Aeri; Ignis enim est leuis simpliciter, Aer secundum quid vt supra enarrauimus.

Leuitas quæ.

3 Virtutes motiuæ scilicet grauitas, & leuitas proueniunt immediatè à qualitatibus, mediatè vero à principali agente, cum nunquam inueniatur ignis cum Calore, & siccitate, quin habeat etiam leuitatem, ergo inferri potest leuitatem necessario sequi ad illas tanquam effectus ad suam causam proximam positis alijs debitis requisitis, vt posita raritate. Idem dic proportionaliter de grauitate, quæ emanat etiam immediatè à suis qualitatibus posita densitate &c. Quod vero ista virtus motiua emanet etiam mediatè ab agête patet, quia virtutes motiuæ elementis sunt debitæ in primo instanti generationis, sed omnes perfectiones debitæ rei in instanti suæ productionis per Phylosophum tribui solent generanti, cui sicuti est dare esse, ita est dare omnia consequêtia, & subsequentia necessaria ad esse. Atque per hoc perfectiones congenitç

A quo habêtur

nitæ distinguuntur ab acquisitis.

4 Istæ virtutes motiuæ sunt accidentia Physica realiter distincta, & à formis Elementorum, quia possunt manere etiam dextructis elementis, nam de facto remanet grauitas in Sacramento Eucharistiæ annihilata substantia panis : Et sunt distincta etiam à quantitate, nam eadem quantitas modo habet grauitatem, vt in aqua, modo leuitatem, vt in vapore: & sunt distincta etiam à Calore, & frigore, quia ferrum candens est summè calidum, & tamen est graue, & Aer est frigidus, & non est grauior : & sunt distincta etiam à densitate, & raritate, quia oleum, & ligna sunt aquis densiora, sicut fumus, & vapor aere, & tamen fumus, & vapores sunt aere leuiores, cum per aerem ascendant, & oleum ac lignum, licet densiora aquis, cum in aquis supernatent, sunt aquis minus grauia.

Virtutes motiuæ distinguntur à forma.

à quantitate.

à Calore.

à Frigiditate.

à Densitate

à Raritate.

5 Probabilius est virtutes motiuas inter se specie differre, quia leuitas aeris non minus notabiliter differt à leuitate ignis, quam à grauitate aquæ, cum leuitas aeris, & leuitas ignis sint proprietates corporum diuersorum, & inclinantes ad diuersa loca, non minus quam leuitas aeris, & grauitas aquæ Et non refert quod tam aer quam ignis sur-

Specie differũt inter se

ſum moueantur, quia non habent eumdem terminum ad quem, cum terminus ad quem ignis ſit ſurſum ſimpliciter, terminus ad quem Aeris, ſit ſurſum ſecundum quid, ſed motus ſpecificantur à termino ad quẽ, & termini ad quem ſunt diuerſi ſpecie, ergo etiam motus, & virtutes motiuæ,

Extra ſedes grauitãt, & leuitãt.

Non vero inproprijs locis.

6 Quando Elementa ſunt extra proprias Sphæras, per iſtas virtutes grauitant, & leuitant non ob aliam rationem niſi quia tendunt ad propriam ſedem, in qua quando ſunt, neque grauitãt neque leuitant, quia tunc virtutes motiuæ finem poſſident, ad quem elementis dantur tales virtutes, habito enim fine ceſſat actio: ſicuti acquiſita Beatitudine ceſſat ſpes ad illam; ita acquiſito proprio loco ab Elemento ceſſat grauitas, & leuitas, à quibus feruntur velut à ſpe ad propria loca. Patet hoc idem experientia, illi enim qui natant ſub aquis, non experiuntur eius grauitatem, quamuis ſupra humeros tantam aquam, vt extra propriam ſedem, nec centum homines poſſent attollere, nam fortiſſime grauitaret ſecundum ſe totam, quamuis vna pars aquæ in aliã partem aquæ non grauitet, nec premat, ſed tota aqua in vaſe exiſtens extra ſuum locum, ſecundum ſe totam grauitat.

vi-

vide etiam infra numero 11.

7 Diximus Elementa moueri ad proprias Sedes, & hoc certum est]vt patet experientia, ex qua etiam comprobatur moueri velocius in fine quam in principio, nam lapis quo altiori loco descendit, concipit maiorem impetum, & validiorem efficit ictum, nam si lapis descendat ex altitudine mille passuum v. g. in primo passu facillimè poterit retineri, nec caput suppositum reciperet vulnus; at in Millenario passu, non poterit nisi difficillime retineri, & caput suppositum penitus frangeretur. Itaque maior ille motus, & vehementior ictus in aliud referri non potest quam in maiorem celeritaté, quæ à quonam habeatur difficillimum est statuere.

velocius in fine mouetur.

8 Aliqui, volunt] prouenire ab aere, qui magis à mobili commotus in fine minus resistit; sed hoc mihi videtur improbabile quia quo plus approximatur lapis ad Terram, eo addensatur magis aer inter lapidem & Terram, semper enim in fronte mouentis est maior addensatio aeris, sed quo plus densius est mediū, eo plus resistit motui corporis, vt experimur, quando per aerem, & per aquá ambulamus, & præcipué quando contra motum aquæ, & aeris currimus, ergo maior celeritas ele-

Non ab aere.

magis ferrum appropinquatur magneti, eo velocius mouetur ferrum, vt ipsemet exacte ad hanc statuendam, expertus sum; ita dicendum de Elemento respectu sui loci proportionaliter.

11 Ex dictis patet cur in proprijs locis Elementa, nec grauitent, nec leuitent, quia in locis cessat virtus attractiua ipsòrum. Elementis cessat appetitus, quia est possessio. Et ridicula est experientia aliquorum conantium probare Elementa grauitare in propria sphæra per experientiam quod vas aqua plenum summergatur in fonte, non verò si non sit plenum aqua, quippiam non mergitur, quando non est plenum aqua, quia aqua fontis v. g. resistit corpori vasis præsertim aere pleni, & quando est plenum aqua, non ideo mergitur, quia aqua grauitat sed, & quia aqua in vase est extra propriā sphæram, adeoque secundum se totā in vase grauitat, vel quia complexum illud Etherogeneum graue tendit deorsum.

Occurritur Obiect.

CENTILOQ. LXVII.

De Mixtione Elementorum.

1 M*Ixtio est Miscibilium alteratorum vnio.* per Aristotilem in fine lib. 1. de Generatione sed particula *miscibilium habet* sensum specificatiuum, non verò reduplicatiuum, alioquin ipsa mistio poneretur in definitione mistorum, & sic declararetur idem per idem. Voluit igitur Aristotiles per dictam definitionem explicare modum quo fieret mistio potius quam rigorose definire, ideo postquam impugnauerat Empedoclem mistionem ex sola iuxta positione Elementorum ponentem concludit ita mistionem fieri, vt ea quæ mista debent esse, nō vniantur solum vt volebat Empedocles, sed etiam alterentur secundum qualitates, & ad hanc alterationem resultat forma misti; sicuti quando definitur ira quod *sit accensio sanguinis circa cor* non intelligitur quod ira sit formaliter accensio sanguinis sed potius quod ad talē accensionem

Mistio quid.

Eius requisita.

ira

ira consequitur.

2 Dupplici modo potest fieri mistio vel ex alijs mistis, vel ex concursu omnium, vel fere omnium Elementorum. Quod primo modo fiat mistio patet quia ex semine, quod est mistum fit homo, ex cibo Chylus, ex Chylo massa sanguinea, & ex ista variæ partes Animalis. Patet etiam in Teriaca, & in alijs similibus compositionibus; non enim potest assignari vlla particula sensibilis quæ non sit mista. Constat etiam ex vino lymphato, licet aliqui velint aquã posse extrahi à vino per spongiam oleo impletam, quæ aquam attrahit, vel vt non nulli Chimici affirmant prestari potest iunco decorticato, vel medulla Iunci, quæ in vinum immersa aquam ebibit, & vinum relinquit. Quod verò etiam secundo modo fiat mistio euidenter consta;t vidimus enim aliquas generationes mistorum nulla existente causa simili producente, sed ex solo Elementorum concursu, nam generantur Ranæ ex varia permistione elementorum, dum aqua scilicet Pluuialis æstiuo tempore impingit in Puluerem, tali modo etiam fiunt impressiones Metheorologicæ quam plurimæ.

Mistio ex mistis.

separato aqua à Vino.

mixtio ex elementis.

3 Tali modo fit mistio. Cum omnia elementa ad suam propriam se-

ſedem tendant, datur aliqua cauſa applicans quæ miſceat Elementa deturbãdo illa à proprijs locis. Iſtæ cauſæ plurimæ poſſunt aſſignari, ſed præcipue ſydera, & Sol eleuando calore ſuo à Terra Exhalationes Calidas, & ſiccas, & ab aqua vapores humidos, & calidos, ergo hæc permeando poros Terræ miſcentur tria Elementa, ſcilicet Terra aqua, & Aer; at quia Sol agit etiam Calefaciendo inducit ignem, & ex tali per miſtione generantur miſta animata vel inanimata perfecta, vel imperfecta iuxta varias diſpoſitiones.

Præſertim in productione animalis.

4 Generatio Animalis per talẽ miſtionem vt ait Albertus fit hoc modo. In humido quod concurrit ad miſtionem eſt virtus quædam quaſi ſeminaria ſimilis virtuti formatiuæ quæ eſt in ſemine, in quo virtus talis paulatim diſtinguit, & format membra Animalis. Ita in caſu noſtro, in humido pars aliqua ſubtilior eſt quæ gerit vicem illius Spiritus, & virtutis formatiuæ, poſtea clauditur intra quamdam pelliculam, quæ ex frigore circum creſcit, et ſic paulatim diſponit materiam, donec apta ſit ad formam Animalis, et pro varia diuerſitate complexionum ſunt animalia diuerſa, & ſecundum figuras etiam ſecundum colores, nam ſi humidum illud multum habeat caloris

et

& etiam siccitatis, animalia erunt stricta, & longiora vt sunt Vermes calor enim extendit in longum; si verò multum habeat humiditatis, & frigoris erunt animalia crassiora vt sunt Ranæ, cum humiditas fluat in latitudinem, & sic proportionaliter dicendum de alijs figuris juxta variam dispositionem primarum qualitatum adeoque Elementorum.

Cur crassiora.

5 Præcipuæ conditiones requisitæ ad mistionem sunt tres. Prima vt miscibilia sint substantiæ, vt possint per se existere. Secunda vt miscibilia habeant communem materiam, in qua possint esse ad inuicem actiua, & passiua. Tertia vt habeant proportionem ad inuicem, ita vt nõ multum frigoris, neque multum caloris ità vt non multum vna qualitas excedatur ab alia. Potest quidem dari aliqualis Excessus, sed non ità magnus, vt vna longe sit superior ad hoc vt conseruetur Respublica misti. Quotiescumque enim aliquis Ciuium longe excedit omnes alios & facultatibus, & potentia facillime Rempublicã euertit, & ad tirannidem reducit, sic cum longe excedat aliqua qualitas super alijs dissoluitur mistum; & ideo datur ars Medica vt adiuuando naturam in concinnam armoniam qualitates reducat.

Cõditiones requisitæ ad mistionem.

g 5 6 In

6 In mistione Elementorum ipsę formæ Elementares saltem regulariter loquendo existunt actu in misto, suadetur hoc ab Aristotile hic Tex. 50. nam terra requiritur quia vnumquodque mistum existit in loco Terræ, aqua vero vt mista commodam habeant terminationem, & vt agglutinentur, & cohereant partes Terræ quæ sine humiditate non dilatarentur, sed cum generatio fiat ex contrarijs, debet etiam inesse ignis, & aer, quæ sunt contraria Terræ, & aquæ. Hoc idem probat Aristotiles ex nutrione Plantarum ad quam concurrunt omnia Elementa: omnia enim (vt ipse ait) ijsdem aluntur quibus constant. Planta alitur aqua & Terra, ex quibus permistis trahit succum, requiritur etiã Aer, quia si diu sit conclusa exiccatur, & marcescit si non habet Aerẽ: requiritur etiam calor, vt fermentet, quod constat etiam experientia, illi enim qui volunt fructus celerrimè, & ante tempus Plantas irrigant aqua tepefacta. Hoc ex generatione.

Elemẽta actu in mistis.

1. ratio.

7 Ex resolutione Mistorum etiã patet in illis manere elementa non omnino refracta. Nullum enim apparet mistum, seu ferè nullũ ex quò non emanent aliquæparticulæ igneę & ex quò etiam aliqui vapores, & ali-

2. ratio.

alitus aerei non egrediâtur, & quod in plurimas partes Cinereas, & Terreas cum aliqua humiditate non dissoluantur, sed hæc Elementa non producuntur de nouo in resolutione misti; nam mista inanimata ex duabus causis corrumpuntur vt docet Aristotiles 4. Meth. cap. 1. vel violenter per combustionem vel naturaliter per putrefactionem, sed neque humiditas à qua fit putrefactio, neque calor à quo oritur combustio sunt causæ proportionatæ ad producendam Terram, quippe cui conueniunt qualitates contrariæ, nempe frigiditas, & siccitas, ergo dum videtur Terra in resolutione misti apparet quod Terra erat in misto cum propria forma.

8 Patet 3. quia si Elementa non remanerent actu in misto, non dicerentur componere mistum, sed transmutari in misto, id enim quod componit nõ transmutatur, & quod transmutatur non componit; lignum enim quod transmutatur in ignem non componit ignem, sed illa dicuntur componere, quæ non transmutantur sed remanent, & componunt: sicuti Corpus, & anima dicuntur componere hominem quia remanẽt, & componunt, & non transmutantur: pariter litteræ componunt syllabam, quia remanent litteræ, si enim *Instantie efficaces*

non remanerent non componerent; ità pariter se habent Elementa, quæ componunt, & remanent etiam si ex permistione ipsorum resultet forma substantialis misti, sicuti ex permistione litterarum resultant variæ syllabæ, & sicuti per persistentiam formarum partialium, & organorũ succedente anima resultat animatũ, & si non essent vt partes sed tantum in poris non corrumperetur Rosa extracta aqua, vinum non acesceret euolatis spiritibus igneis, & sic de alijs.

Euertitur aliud

9 Neque respondeas mistionem fieri per solam accidentariam iuxta positionem Athomorum, quæ sententia ita explicatur ab aliquibus qui ferunt probabile esse non vnamquãque Athomum per se acceptam esse eiusdem rationis, & figuræ cum alijs, sed eas licet naturaliter indiuisibiles Mathematicè tamen diuisibiles, & figuratas; Ignem namque constare aiunt non ex Athomis rotundis, vt volebant Antiqui, sed ex aculeatis ideoque esse adeo efficacem ignem ad omnia penetranda: rotunditatem potiùs conuenire asserunt Athomis componentibus aquam, quæ propterea nullam habet propriam consistentiam quippe quæ semper est in puncto, quod est de ratione rei rotundæ: Terram è contra ferunt

Explicatur sententia Athomistarum.

esse

esse compactam ex Athomis quadratis, ac proinde bene consistentibus: Aerem non multum ab aqua differre nisi quod habeat partes subtiliores: lucem constare dicunt ex Athomis subtilissimis, & velocissimis, ideo eius motum videri nobis instantaneum, ideoque etiam diffundi per omnes partes distantissimas absque diminutione corporis luminosi, quod mirum esse non debet, quando quidem de admirabili minimarum rerum in immensum rarefactione multa suppetunt experimenta. Addunt corpuscula lucis, & alias huiusmodi Athomos non sentiri nisi per impulsum sensorio illatum, ideo extincta Candela illas particulas lucis per aerem diffusas dicũt remanere inuisibiles, cum sint quasi iacula, quæ nullum sensibile vulnus infligunt oculo, nisi veluti ab arcu lucidi Corporis vibrentur.

10 In similem causam referunt cur breuis fauilla possit integram siluam cito comburere; Aiunt enim in ligno esse quam plurimas particulas calidas aculeatas, quæ conuolutæ sunt cum particulis Terreis, & Aqueis, vt non possint auolare, suosque ictus exercere, accedente tamen fauilla ignis dissolui, & frangi incipiunt illa vincula quibus tanquam compedibus tales particulæ

con-

constrictæ detinebantur, & statim atque vna dissoluitur magno impetu in aliam proximam partem impingit, & eius Vincula disrumpit. Atque hanc aiunt esse etiam rationem cur vnum corpus sit præalio combustibile, quia scilicet plures continet particulas igneas, & laxioribus vinculis compeditas.

11 Colorem aiunt consistere in diuersis corporum superficiebus hoc vel illo modo lucem ad oculum reflectentibus. quod confirmant euidentissimis experientijs iridis nempe, colli Columbini, & aliarum innumerabilium, in quibus ex varijs reflexionibus, apparent nobis varij colores. Sonum aiunt esse concisionem aeris ex corporum illisione qui Aer tanquam facile mobilis profert vniformiter suas veluti fluctuationes per longissimum spatium vsque ad Timpanum auris, illudque percutiendo producat auditum. Odorem dicunt esse exhalationem humidam cum Aristotile, ideoque fieri per calorem dissoluentem talia corpuscula odorifera. Saporem verò asserunt fieri ab Athomis quibusdam rotundis, quæ prout magis expolitæ gratiorem quoque sensationem gustus efficiunt: contrariam verò sensationem ferunt generare quæ scabrosæ sunt, & cuspidatæ particulæ.

Aiunt

Aiunt tamen ex varietate organorũ oriri vt idem Cibus alteri placeat alteri vero displiceat, & sic de cæteris sensationibus, ea ratione qua videmus eamdem titillationem, & pedum perfricationem vni esse delectabilem, alteri vero molestam.

12 Auctores istius sententiæ, sicuti asserunt omnia fieri per talem iuxta positionem variarum Athomorum per accidens vnitarũ, adeoque negantes omnem formam substantialem, ita condigne à Scholis Philosophantium sunt reiecti, & iure optimo, vt temerarij damnati, & eorum improbabilitas, non solum apparet ex ijs quæ diximus ad probandas formas, & generationes substantiales, & ex venerabili Sacramento Eucharistiæ, in quò remanent species, & tamen fit transubstantiatio panis, in Corpus Christi, ergo præter substantiam panis, idest præter Athomos per ipsos, datur aliquod permanens in pane, quod postea remanet in Sacramento, quod nihil aliud, est quam forma accidentalis: sed etiam ex rationibus Aristotelis. Quarum prima affert. 2. de anima Tex. 34. vbi probatur forma substantialis diuersa à subiecto. Id est, inquit, quod continet ignem, Terramue, quæ quidem in contraria loca feruntur, distraherentur .n. pro-

impugnantur

1.

2. ex diuersitate forma.

profecto, nisi aliquod sit quod ipsã prohibeat, atque detineat quod si sit aliquid, id est certe anima ipsa quò sit ut ipsa sit causa agendi nutriendi, non verò Elementa. Hæc ratio ab Aristotile allata ad probãdas formas in mistis animatis, idem quoque videtur suadere respectu aliorum mistorum.

3 ex nutritione.

13 Altera ratio deducitur ab Aristotile post Tex. supracitatum ex generatione, augumentatione, & nutritione viuentium. Ex Nutritione quidem quia aliquod debet esse in toto viuente, quod habeat operationem peculiarem, non conformem operationibus Elementorũ, Calor .n. dum operatur in bonum ignis, comburit sine alio fine, nec vmquã alimento satiatur, at verò dũ operatur in bonum viuentis, non suscipit alimentum nisi certa quadam mensura, & quantitate, sed hoc non potest esse, nisi quia calor tunc famulatur formæ viuentis, cui non est bonum nutriri, & augeri nisi in certa mensura operationibus viuentium proportionata, ergo datur forma substantialis viuentis supra Elementa.

4 ex generatione.

14 Ex generatione probatur etiam quia illa naturalis proprietas generandi semper sibi simile maximè probabilem reddit formam substan-

stan-

ſtantialem. Si enim nihil aliud eſſet Arbor, quam congregatio quædam incorruptibilium Athomorum, quid eſſet in Arbore quod exigeret generationem alterius Arboris omnino ſimilis. Certè vnaquæque ex illis Athomis, vt potè incorruptibilis, & ſua natura indifferens ad varia constituenda compoſita, non habet maiorem inclinationem ad perpetuandam ſpeciem vnius compoſiti quam alterius, ſic uti videmus quod arte factum non habet uim producendi aliud arte factum ſibi ſimile, quia illud eſſe quod eſt in arte facto non habet maiorem inclinationem ad hanc formam artificialem potius quam aliam, ideo Ariſtotiles 2. Phyſicorum Tex.7. notat ex lecto non generari lectum, & 2. de Gener. cap. 13. lignum inquit non fabricat lectum quod ab arte conficitur.

5 Ex augumentatione. probatur quia nunquam explicabunt Athomiſtæ quomodo à proprietatibus corpuſculorum poſſint reſultare illi mirabiles effectus, qui cernuntur in viuentibus attrahendi ſcilicet cōquoquendi, nutriendi, expellendi ſecundum omnes partes diſſimillimas cum tanta proportione, & hæc omnia in vtilitatem, et conſeruationē, uiuentis, in quibus videmus vnum membrum naturali quodam impetu ac- *5. ex argumentatione.*

accurrere ad defensionem alterius membri vtilioris,& nobilioris, etiam cum damno,& periculo accurrentis, quod non eueniret, nisi à forma dominante imperaretur. Hoc idem constat ex omnibus fere alijs operationibus viuentibus quæ requirunt in membris maiorem vnionem plusquam localem, quia illæ operationes sunt necessariæ ad conseruationem formæ substantialis misti, quam ponuut iure Peripateci sed cum Athomistæ negent formam substantialem, non apparet nec ratio à priori nec à posteriori cur tales operationes fiant, cum vnio illa accidentaria athomorum non exigat determinatam operationem, sicuti Aceruus lapidum, qui propriam operationem non habet. Cum igitur hæc opinio sit à Scolis eliminata, & perpetuo exilio ab Accademijs Phylosophantium propulsa vt à veritate omnino aberrans, nullo modo potest constituere mistum in quo datur forma substantialis resultans ex alteratione miscibilium.

6. ex vnione partium

16 Non obstat quod elementũ sit ens Completum, ergo omnis forma, quæ superadditur illi faciet cum eo vnum per accidens, vel si hoc negetur, non remanet regula distinguendi

Occurritur Ob.

guendi

guendi compositũ per se à composito per accidens. Quoniam omnis forma, quæ superadditur completo facit cum eo vnum per accidens si nõ se habeant vt actus, & potentia; si enim se habent vt actus, & potentia etiam si sint in suo genere completa non faciunt vnum per accidens, sed vnum substantiale, Elemẽtum verò se habet in misto vt potẽtia; quia se habet vt eius subiectum, licet secundum se consideratum elementum sit ens completum, & perfectum in ratione elementi, sed non omni perfectione intenta à natura, quia à natura intenduntur elementa principaliter ad mista, cuius forma cum sit actus respectu Elementorum mistorum, facit cum ipsis vnum per se, & non est nouum, quod fiat vnum per se, & si alicui completo in vno esse superueniat aliud, in sententia enim satis probabili ponente formas partiales, ipsum membrum informatum forma partiali, adeoq, completum in tali esse, facit vnum per se cum forma viuentis, quia se habent vt actus, & potentia. Pariter natura humana, & natura Diuina faciunt vnum per se; Christus enim est suppositum substantiale, & habet istas duas naturas.

17 Neque valet quod aqua, quæ depromitur ex Rosis, & herbis non *Obiect.*
fit

sit Elementaris, sed mistum simile aquæ, præsertim cum ex illa non possit valide Baptizzari quoniam licet, sit aqua cum conueniat cum naturali in omnibus fere qualitatibus vt patet, & sapor, & odor deperdatur, & remaneat aqua, aliter aquæ termales non essent aquæ, tamen Christus Instituit materias Sacramentorum determinatas, non secundum esse Phylosophicum, sed secundum esse morale, & vsuale, ideoque licet requiratur panis triticeus ad Eucharistiam, tamen multæ particulæ furfuris, quæ sunt in pane, recipiunt effectum consecrationis, sicuti aliæ particulæ triticeæ: ita etiam illa modica aqua, quæ vino admiscetur, licet non sit trasmutata in Vinum tēpore consecrationis, tamen iuxta probabilem sententiam immediatè conuertitur in sanguinem Christi, non ob aliam rationem, nisi quia sufficit quod id quod consecratur sit panis vsualis, & vinum vsuale, & sic ē contra, si quis ex pane, & alijs condimentis v.g. ex lacte faceret Placētam puto non fore materiam consecrationis, quia non est panis vsualis, & moralis; tali ratione dicimus quod licet aqua Rosacea sit aqua naturalis cum non sit vsualis non est materia apta ad baptizandum, ad quā requiritur vt sit talis extra cōtrouersiā.

nō apta (margin)

Baptismo materia (margin)

18 Ex supradictis colligitur primo

nio quod ad hoc vt sit mistio propria, & formalis debet esse alteratorum idest illa, quæ vniuntur debent vniri ita localiter secundum partes quantitatiuas vt mutuo etiām communicent qualitates: si. n. nō esset talis communicatio virtutum, & qualitatum, esset mistio potius materialis, quam formalis. Hoc modo est mistio Vini cum aqua, vt plurimum, cum ex illis non resultet forma misti vel aqua transmutatur in Vinum nisi difficillime.

19 Colligitur 2. quod ex tali mistione formali resultat vt dixi mistum atque eius temperamentum, quod *est quædam proportio primarum qualitatum*. Ista proportio seu temperamentum potest esse iustum, & iniustum. Iustum quando quatuor qualitates, æquali portione misto competunt, & tribuuntur. Iniustum, quod per excessum, vel per defectū potest esse, est inæqualitas in vna, vel pluribus qualitatibus respectu aliarum habita ratione ad naturā misti. Temperamentum iustū quod dicitur etiam temperatū, seu mediū quatenus æquæ distat ab extremis, potest esse ad pondus, seu ad iustitiā. Temperamentū ad pondus est quādo æquè distat ab extremis simpliciter, hoc ē quādo tēperamentū æqualiter distat à summe calido, summe frigido, sū- me

Temperamentū quid

iniustū.

ad pōdus

me humido, summe sicco omniũ corporum, & mistorum, quod temperamentum difficillime datur. Temperamentum vero ad iustitiam est quando distat æqualiter ab extremis determinati gradus specifici. V. g. seu generici, hoc est quando temperamẽtũ hominis v.g. æqualiter distat à frigidissimo, humidissimo, calidissimo, & siccissimo in specie hominis.

Ad iustitiam.

20 Forsan non erit ab re dicere quod possit etiam accipi temperamẽtum ad pondus, & ad iustitiam ratione misti sine respectu ad alia temperamenta; videlicet temperamentũ ad pondus, sicuti temperamentũ iustum est tanta æqualis proportio primarum qualitatum vt nihil prorsus detur excessus in vna respectu alterius, & cum hoc temperamento dubitant Medici an Animal possit persistere in vita, cum nõ possit dari pugna primarum qualitatum in gradu ità æquali: atque huc videtur forsan inclinare Hipocrates 1. Aphorismorum 3. vbi dicit *quod habitus* (idest tẽperamenta) *qui ad summum bonitatis attingunt sint periculosi*. Temperamẽtũ vero ad iustitiã posset dici, quod nõ habẽt rantã ęqualẽ portionẽ qualitatũ, vt temperamentũ ad pondus, sed neque ad sit tanta inæqualitas, vt non possit conseruari mistum & permanere in esse.

Alia acceptio tẽperamẽti ad pondus.

in sanitate curmoriantur.

CEN-

CENTILOQ. LXVIII.

De Misto inanimato.

Vbi.

De Meteoris in Communi.

1 EX Elementorũ mutua permixtione mista quædã imperfecta aliquando gignuntur, quæ vel quia potissima eorũ pars in sublimi generatur, vel quia animos aspicientiũ velut suspensos è sublimi tenent meteora dicuntur, nã meteora grecè latinè sublimia seu è sublimi pendentia significant. *meteora quid.*

2 Causa efficiens cõmunis sunt præcipuè Cœlũ, Sol Luna, & alia sydera, quatenus influentia in hæc inferiora attrahunt exhalationes, & vapores sicuti homines per arté actione moderati ignis in vasculis distillatorijs ex uarijs corporibus uapores, & fumos eliciunt uarijs uirtutibus præpotentes; Potest esse etiã causa efficiens aliquorũ ignis subterraneus, cũ possit attenuare eleméta, & corpora adiacentia in alitus, pôt etiam eleuare in sublimi. Quinimò etiam Antiperistasis. *Causa efficiens*

3 Causa formalis, est propria forma uniuscuiusque quæ potest esse vel una uel multiplex quatenus accidentarias quaſdã proprietates sibi

uju-

uindicat, nã meteorici effectus formã substantialẽ diuersam à corporibus e quibus extrahuntur regulariter nõ habẽt, ut plurimũ enim redeunt ad proprium statum, quem antea obtinebant ut patet in Pluuia Rore.

4 Causa finalis proxima est propria uniuscuiusque operatio: remota uerò multiplex esse potest, aliquã do .n. ad Terræ fecunditatem, aliquando ad aeris salubritatem propter corruptionem impuræ materiæ, & præcipuè ad bonum uniuersi succedunt, licet aliquando per accidens in malum alicuius.

Causa finalis.

5 Causa materialis remota sunt ipsa elementa, & corpora, è quibus eliciuntur, proxima uerò sunt alitus, idest uapor, & exhalatio. Alitus .n. qui est calidus, & siccus dicitur exhalatio, qui uerò est calidus, & humidus appellatur uapor. Ratione formarum substantialiũ Alitus alij sunt simplices, alij misti: simplices, qui ex Elementis ipsis attrahũtur. Misti uero qui è corporibus mistis, ut sudor Animalis, Succus ex Plantis, & alitus ex locis sulphureis. Vt plurimum uapor, & exahalatio misceuntur, sed ille qui præualet in quãtitate, etiã nomen proprium præsefert.

Causa materialis.

6 Hęc sufficiãt de meteoris in cõmuni, cum multa de ipsorum speciebus distinctè dicemus infra.

CEN-

CENTILOQ. LXIX.

De Meteoris igneis, præcipuè de Cometa.

1 COmeta est *impressio meteorologica sublunaris ex halitu calido, & sicco, ac bituminoso constans igneo calore accensa figuram stellæ cincinnatæ, vt plurimum præseferens.* Dicitur *impressio meteorologica*, quia in sublimi accenditur; nam Meteora græcè, latinè sublimia, seù in sublimi pendentia significant. Dicitur *sublunaris* ad differentiam Phænomenorum intra crassitiem Cœli apparentium Dicitur *ex halitu calido, & sicco* ad explicandum, Cometam constare potius exhalatione, quæ est calida, & sicca quam ex vapore qui *est halitus calidus, & humidus*. Dicitur *bituminoso*, ad exprimendam diuturnã durationem. Dicitur *igneo calore succensa*, quia per talem caliditatem leuis violenter effecta exhalatio potest permeare supra totam aeris regionem vsque ad sphæram ignis, quod non posset euenire, si solum leuitate, & caliditate aeris *Cometa quid.*

polleret. Dicitur tamdem *figuram stellæ cincinnatæ, vt plurimum præseferens*; sicuti etiam appellatur à Cicer. 2. de nat. Deor. quia cæteræ particulæ se habent loco generis, hæc autem se habet loco differentiæ, cum per hanc à cæteris impressionibus Meteorologicis secernatur, & distinguatur: Dixi *vt plurimũ*, quia aliquando potest esse Cometa non cincinnata, cum possit apparere vti stella; adhuc tamen tunc differret à stellis cadentibus, quia istæ non perdurant tanto longo tempore, vt infra num. 24.

2 Cometa suas habet causas; cuius efficiens est Cælum, & omne aliud, quod certo temporis spatio materiam Cometæ aptam educit; Sol enim cum singulis annis similem fere circulationem efficiat, nec singulis annis Cometæ appareāt, nõ est improbabile, etiam ex quodam aspectu (& præsertim ex coniunctione maxima) syderum materiam disponentibus huiusmodi effectus consequantur. Causa verò proxima efficiens succensionis, non solum est calor, qui ex ipso Cæli lumine, vel alio modo gignitur; sed etiam diurnus Cæli motus, quo velocissimè suprema aeris Regio, & sphæra ignis circumagitur, aliquando etiam Antiparistasis, nec non actio

Eius causa.

ex-

exhalationum, vel ignis sphæra. Causa finalis proxima est exiccare humorem illum viscosum. Causa materialis est ingens exhalatio permixta cum vaporibus crassioribus, et bitumine extenuato, quo facile inflammationem excipiat, & difficillimè amittat Causa formalis est ignis.

3 Variæ sunt figuræ Cometarum; modo enim cum crine, hoc est circum circa; modo cum barba, hoc est ex vna parte ad modicam longitudinem; modo cum cauda, vel Vulpina, vel Equina, vt in isto, qui anno 1664 mense Decembri Romæ visus est; modo sine istis, sed vt stellæ apparent, quod ex diuersa materiæ, & densitate, & raritate, & copia, & dispositione oritur. Cũ enim pinguis illa materia exhalationum copiosa in aliqua parte crassior in alia tenuior fit, inæqualem varietatem inflammationis, & luminis efficit, ac aliquando materia est non nihil Diaphana, aliquando magis opaca, ex quibus perduratio, & coloris diuersitas deprændenditur. Alij enim argenteo, alij purpureo, alij suffusco, seũ plumbeo colore collucent, tali colore apparuit dictus Cometa. Color, & cauda, seũ barba non proueniunt â lumine, vel reflexo ab aliquo luminoso, vel tamquam â laterna ad oppositum Solis, *Figura*

vt falso aliqui putant in Cometis, nam cum non adsit impedimentum etiam ad latera deberet diffundi; sed prouenit à succensione exhalationum adiacentium non ita densarum. Si enim proueniret ab oppositione Solis, , vel alterius luminosi semper cauda esset illi opposita, & tamen experientia ostendit contrarium, vt infra num. 6. vbi dicemus obseruatum esse solem esse in Occidente & caudam vergere ad Septentrionem.

Locus. 4 Locus, in quo generantur Cometæ est suprema aeris Regio, & aliquando etiam sphæra ignis, vt ex motu circulari Cometæ colligitur, qui non nisi in huiusmodi locis est. Sub Zona torrida non videntur Cometæ regulariter oriri, seù accendi; sed extra tropicum Cancri, & Capricorni, prope quem prædictus Cometa hic Romæ visus est, nam cum pars aeris æquatori subiecta calidissima sit, obuias exhalationes, vel ad latera dissipat, vel nimis extenuat. Adde quod aer sub Zona torrida maxime rarefit, ac proinde se extendit ad latera, & exhalationes expellit. Est autem ridiculum dicere, quod Cometæ possint esse in Cælo Lunæ, vel in alio Orbe supra sphæram ignis intra crassitiem Cælorum, nam forma ignis facit, vt ad sum-

summum eius sphæram petat, nec habet vires super ipsam; & apparitiones, & phænomena, quæ in Orbe Cæli aspiciuntur, non sunt propiè Cometæ, vt diximus supra cent. 51. n. 7. vbi dedimus discerniculum ad dignoscenidum Cometam, & alias apparitones sublunares ignitas ab apparitionibus, quæ fiunt in Cæli Orbe, & hoc tanto magis suadetur, quia vis attractiua corporum Cælestium nihil est aliud, quam uis attenuandi inferiora, & reddendi leuia, ad quam leuitatem ascendunt vapores, & exhalationes, itaut si in sublimi amittant leuitatem, statim descendant, vt accidit in pluuia, quod non eueniret si in corporibus Cælestibus esset vis attractiua, vti in magnete attrahente ferrum, & in sucino paleam, nam quanto magis inferiora Cælo appropinquarent, eò fortius traherentur, vt diximus, & probauimus de centro Terræ respectu grauium velocius se mouentium in fine ratione virtutis simpaticæ in ipso Centro terræ.

5 Tempus exhalationis Cometarum aptissimum est Autumnale, quia tanta, & ita disposita materia hyberno tempore propter calorem imbecilliorem attrahi non potest: Nō tempus veris propter carentiam caloris requisiti: Non æstiui, quia *Tempus*

tanta materia tam cito præparari non poteſt: quod ſi aliquando medio hyeme Cometæ ſint viſi, in cauſa fuerunt, vel ſtellæ quædam coſpirantes, vt opinor de præfato Cometa ratione coniunctionis maximè Saturni, & Iouis anno præterito, & ratione aliorum aſpectuum ſyderum, tunc ſiccitatem indicantium, vel ex alio peculiari accidente, ſicuti aliquando in æſtate videmus niues, & hyemali tempore audiuntur tonitrua.

Duratio 6 Durare ſolent Cometæ plus, minuſue, prout maior aptiorque, ad ſuſcipiendum incendium materia fuerit, vel minor copia, minuſque idonea ad inflammationem retinendam; Ideoque Cometa viſus anno 1618. ferunt duraſſe ad duos menſes, & Seneca 7. natural. quæſt. cap. 29. affirmat duraſſe aliquando ad ſex menſes, & hic qui viſus fuit Romæ circa medietatem mẽſis Decembris 1664. qui adhuc perdurat, & forſan durabit per totum hunc menſem Ianuarij Currentis, ſub cuius initio hęc ſcribo, & miram, ac portentoſam periodũ abſoluet. Opinor quod per durauerit plus quam ad duos menſes. Nam pro comperto habeo quod inceperit de menſe Nouembris ſub ſigno Sagittarij ex probabili diſcurſu, videlicet quia ſub tali

li signo fuit coiunctio maxima anno elapso, & cum ex tali coiunctione potuisset fieri maxima eleuatio exalationum in illam eādem partem, in qua maior Calor, & dispositio aderat ratione influxus præfatæ cōiunctionis, ibi pariter probabilius est, quod sit accensus. At si ibi fuit inflammatus, cum spatio fere vnius mensis (secando per lineam quasi diagonalem Zonam toridam) pertransierit quinque signa, ex quo visus fuit Romæ nempe signum Virginis contra ordinem signorum, vsque ad Taurum (Transgressus est enim modo Pleiades) certe alia signa anteriora nempe libram, sub quo signo prope Virginem incæpi Cometam videre, & obseruare di 15. Decembris, scorpium, & Sagittarium non potuit pertransire, quam spatio viginti dierum circiter ergo de mense Nouembri potuit accendi, si ex motu huc vsque obseruato licebit philosophari. Hic discursus quamuis non demonstratiuus, adhuc non improbabilis mihi videtur. Potest deprahendi perduratio Cometæ non solum à magnitudine, verùm etiam à colore, nam quò color eit miniùs clarus vt in præfato, eò materia est magis bituminosa, adeoque ptior ad retinendam inflammationem. Quod verò præfatus cometa die 15.
men-

mensis Decembris fuerit sub signo Libræ certum est, & non sunt attendendi, qui dicunt quod dictus Cometa dicto tempore visus fuerit sub alio signo, quia prætermissa obseruatione facta per instrumenta mathematica, vulgari etiam ratione depræhenditur. quod tali tempore fuerit sub signo Libræ, nam etiam rudes homines sciunt quod sol duabus horis percurrit spatium correspondens vni signo, cum spatio 24. horarum compleat fere totã circulationem duodecim signorum. At cum dictus Cometa eo tempore habuerit ortũ quasi sex horis ante ortũ Solis, per eamdem ferè lineam Tropici Capricorni, per quam vehebatur Sol, certè à Sole tunc non distabat per tria integra signa, ex quo constat tunc fuisse in libra.

motus. 7 Motus Cometarum præcipuus solet esse circularis ab Ortu ad Occasum, cuius causa est diurnus cæli motus, quo Sphæra Ignis, & suprema Aeris Regio vertitur in girum; videtur aliquando motus ab Occidente in Orientem, verum hic non est nisi tardus, quia motus Raptus non est ita violenter in illis, vel propter materiæ crassitiem, vel propter nimiam distantiam à cælo, & sic non redit adamussim ad idem punctum spatio 24. horarum, moueri

præ;

præterea aliquando cometæ ad Polos videntur, aliquando in Polis residere, sed accensi cometæ motus ad Polos magis eorum naturæ consentaneus est, quia (vt dixi) sub Tropicis rarefactus aer impellit ad Polos, nisi aliter vis flatuosa suadeat, & cogat. Recessus autem à Polis potest accidere aliquando ex dispositione materiæ, quæ ex aliqua peculiari causa priùs accenditur in illa parte, quæ vergit ad Polum, & postea inflammantur successiuè partes, quę à Polis recedunt absumptis partibus, quæ ad Polum erant. Videntur præterea moueri alijs motibus V.g. retrogradationis, seù contra ordinem signorum, cum semper citiùs, & citiùs oriantur, quin etiam quasi motu circulari circa ipsum cētrum disci cometę, vt vtrumque (pręter motum raptus, & præter motum à Tropico capricorni ad cancrū) obseruaui in præsenti cometa, cuius ortus 15. Mensis Decembris elapsi erat post octauam horam noctis, & cauda vergebat ad Occidentem flectendo tantisper ad Septentrionem versus craterem; discus verò eius sub signo Librę extra Tropicum capricorni, sed propè caput centauri, & caudam Hydræ: in fine autem eiusdem mensis eius ortus erat circa quartam Horam

No-

Noctis, & cauda magis vergebat ad Septentrionem, in principio verò mensis Ianuarij currētis prospicitur prima hora noctis, & cauda vertitur ad Polum Articum. Causa talium, & similium motuum irregularium (præter motum circularem, & diurnum, qui habetur à motu raptus vt diximus supra) potest esse multiplex & precipuè materia ipsa valde flatuosa, qua constat, quæ ex varia dispositione potest vario modo impellere, & motum irregularem inire, vt vidimus in castaneis, & in rebus valdè flatuosis ad ignem appositis: & apertissimè constat ex ignibus fatuis missilibus, ex puluere tormentario artefactis, qui ex inęqualitate dispositionum inęqualiter mouentur, hoc modo in cometis, quorum materia cum sit magna, non ita facili negotio potest vario modo impelli, licet possit irregulariter moueri; vel potest esse etiam ventus, vel motus ad illam partem, in qua magis excalefactus attenuatus, & rarefactus est aer, sicuti mouetur ignis fatuus vt dicemus infra nu. 21:

Magnitudo. 8 Magnitudo cometarū vt plurimium est latissima, ita vt ille, qui apparuit anno 1618 habuerit talem caudam, vt ipsa sola plures quam quadraginta quinque gradus occupauerit, vt aliqui asserunt, & cum vnus

vnus gradus regulariter correspondeat ad sexaginta milliaria; si ducãtur 60. per 45. apparebit quod cauda occupabat 2700. milliaria. Sed ex hac magnitudine non potest inferri quod proueniat cometa ex addensatione partium cęli fluidi, & non ex exhalationũ, & vaporum copia, quia præter rationes supra positas nu 4. & vt experientia constat in pręsenti cometa, quamuis non ità lucido, etiamsi videatur tam magna illa apparentia, realiter non est ita, & hoc ex aere illuminato circũ circa, sicuti lumen Lucernæ in tenebroso loco maius longè apparet, quã sit realiter ex circumsistente aere illuminato, & probabimus hoc etiam per experientiam de coruscatione infra nu. 16. quæ ratione exhalationis salsæ extenditur quam maximè.

Effectus.

9 Effectus cometarum multi solent afferri. Primus, quod cum hi ardeant, venti per aerem crassantur, nam in tanta halituum copia exardescẽte necesse est vt aliquæ particulæ sint incõcoctæ, & flatuosæ. Secũdus, terremotus, sterilitates, morbi acuti, & siccitatès maximæ cõsequi solent, quia Vapores qui sunt in locis inferioribus per cometam attenuãtur, & sic ad se trahendo succendit, vel dissipat. Tertius Virorum, ac Principum mors aliquando quidem

ca-

casu, aliquando verò, quia huiusmodi proceres vitæ incommoda minùs tolerant, & cum ab illa aeris intemperie variè eorum humores commoueantur, propter opportunitatem indulgendi genio, quam ex diuitijs habent in aliquod genus intemperiei rapiuntur, ad quod non trahuntur alij homines laboribus assueti, & nõ ita delitijs intenti. Quinimmo cum ex intemperie aeris quamplurimi homines pereant, soli homines præclari, & magnates sunt in nota. Quartus Bella, nam cùm cometę inducant maximam siccitatem bilem excitant, pręcipuè in dinastis, quorum ira effectus longe maiores, & patentes adducit, quam ciuium particularium, ideoque Lucanus lib. 1. cecinit:

Et terris minitantem Regna cometen.

Non sunt attendenda, quæ dicuntur ab Astrologis obseruãtibus, & signũ, & quadrantem Cœli, sub quibus apparuit primò Cometa, & retrogradationem ipsius, nam dicant quidquid velint, tamen Cometæ prouidam naturam in bonum vniuersi operantem præmostrabunt. Nisi incenderentur Cometæ plus mali esset in inferioribus, cum persisteret materia illa corrupta absque eo quod absumeretur.

Ful-

11 Fulmen est impressio ex igni- tis exalationibus confecta cum Sale permistis, nam cum ex quocumque corpore Calido facillime Sal extrahatur vt patet in Vasibus distillatorijs, necesse est vt à Sole vi maxima caloris AEstiui inter vapores, & exhalationes aliquæ etiam salsæ attrahantur. Itaque causa materialis fulminis est massa quędam exhalationum variarum inter quas salsæ reperiantur. Causa efficiens est sol potissime AEstiuo tempore. Causa formalis est ignis quatenus in huiusmodi coagmentata exhalatione succenditur Causa finalis proxima est talis combustio vaporum, & exhalationum. *Fulmen quid.* *Causæ eius.*

12 Species fulminis duæ sunt prima spiritu magis tenui, secunda crassiore constat. Quinimmo tertia etiam species potest addi distinguẽdo, quod aliud sit siccum, aliud humidum, aliud clarum. Duo posteriora non penitus adurunt; humidum .n. infuscat, clarum verò mira operatur, sed siccum omnia dissipat Ex ista diuersitate diuersi etiam effectus pariuntur, nam clarum tenerioribus & rarioribus parcit, cum mollia, & rara facile dent transitum, dura vero cum resistant magis aduersantur, adeoque cum ista combusta, illa intacta remanent. Vnde fit ut locu- *Species quot.* *Varij effectus*

lis

lis intactis argentum, & alia metalla comburantur: illesa uagina gladius absumatur. Dolio intacto totũ Vinum exhauriatur etiam si Vinum sit res mollis, quia sicut per uenas, & poros Dolij facile tenuissimus ille spiritus peruadit, ita immodico suo ardore Vinum statim in tenuissimum uaporem dissoluit. Aliquando tamen contrarius effectus euenit; nam fracto Dolio Vinum intactum seruatur, & hoc non potest prouenire, quam ex eo quod cum non possit facile permeare Dolium absumit, & Vinum non effluit, quia obducitur quadam ueluti membrana, qua continetur Vinum, quę mèbrana fit ab aere uirtute antiparistica. Quando uerò impingit in durum dissoluit, ideoque Lucanus rectè cecinit.

Dissoluit nodos omnes, & Vincla relaxat.

13 A fulminis ictu, aliquę res sunt tutæ, aliquæ verò non Tutæ res primò est dormiens qui vt plurimũ, sed non infallibiliter est securus; prouenit hæc securitas, quia vigilantes corruunt vt plurimum metu vicini fulminis, non ita dormientes, vel quia dormientes non perterrefacti non hauriunt grauas exhalationes, sicuti Vigilantes ex timore maximum aerem attrahentes. Secundo est laurus

Res tutæ à fulmine.

rus, & ratio redditur ab aliquibus quia eius truncus satis rotundus est, & lenis, densique corticis, ita vt difficillime in eo hærere possit fulmen, sicuti columnæ vim eius effugiunt propter lenitatem. Imò & folia lauri valere contra vim fulminis ait Columella, vnde antiquitas Gallinæ incubanti solebat folia lauri apponere, & Tiberius Cæsar non minus ad tegendam caluitiem quam ad tuendum se à fulmine coronam ex lauro contextam gestabat. Commodus verò Imperator tempore pestis in siluam lauream secessit medecorum consilio, quia Spiritus, quos folia lauri exhalant contagioni aeris resistunt, & quantũ est ex hoc capite laurus potest resistere infectionibus pestiferis à fulmine emanãtibus. Tertio lapis Hyacinctus, ideoque homo illũ gestans securus est. Quarto vitulus Marinus, eiusque pelle vestitus est à fulmine securus. Vnde Octauianus Augustus in tali periculo solebat circumferre talem pellem ita ait Tranquillus Quinto Edẽtes etiam sunt tuti à fulmine nõ quidẽ ab eius ictu, sed quia per cibi comestionem intercluditur aditus ad illos igneos Spiritus deglutiendos; & sæpæ sæpius plus damni influunt tales Spiritus volitantes, quam ictus ipsius fulminis, cum ex talibus spiri-

tibus videãtur in cinerem reduci viscera intacta pelle, ergo edentes videntur in parte tutiores ex hoc capite. Sesto ferens lapidem illum, qui dicitur descendere, vt fulmen. Et nõ est omnino fabulosum quod cum fulmine aliquando lapillus descendat, quia ille generari potest ex exhalatione Terrestri viscosa, & humore nubis, quæ duo ardor fulminis celerrima trasmutatione permiscet, & in lapidem durissimum concoquit.

Fulmen an sit lapillus

14 Res quæ sunt fulmini obnoxiæ regulariter sunt loca eminentiora, vt Turres, Arbores grandiores, Montes, & similia vt canit Virgilius.

Aut athon, aut rodoton, aut alta ceraunia Telo deiicit.

Res obnoxia.

Cuius ratio est, quia fulmen oblique cadit in terram, hinc facile offendit quidquid in eius superficie eminet, & in quodam nostro prædio in villa Campodonici prope Fabrianum expertum est nunquam fulmen ibi decidisse, & si sæpissimè circiter montes petantur, & ratio est quia talis locus est in profundo, & vicinissimis Montibus vallatus, in quorum cacuminibus sæpissime fulmina pertingunt.

Turbo, seu Præster seu exhalãges

15 Si talis exhalatio in maxima copia ad modum Torrentis igniti decidat Turbo seu præster dicitur s d

si ta-

ſi talis Hiatus admixtus ſit cũ vapore humido, & cum magna parte nubis, Vortex ſeu Thiphon dicitur ſed talis Hiatus non concepit ignem. *Vortex ſeu Tiphon.*

16 Quare verò fulmina cadant oblique ideo eſt, quia fulmen quãtum poteſt renititur deſcendere, & in tantum deſcendit, licet ſua ſponte petat ſurſum, quia à contrario impellitur, & ex parte glutinoſum eſt, & graue ergo iſtorũ duorum terminorum expetitorum vnus à natura ignis alter à contrario propellente deorſum, tertius elicitur aliquo modo vtriſque communis: adde quod hæc decidentia Tortuoſa poteſt etiam prouenire à reſiſtẽtia medij: Motus autem Thiphonis circularis eſt quia Hiatus nube propulſus cum impingat ad vnum latus, ibique à contrario propellatur intra Nubem concipit motum circularem, & ità cadit in Terram vel in Mare, ſed cum ſurſum reflectat ingentia Saxa, Arbores, quin etiam magnam copiam aquæ cum ipſo Nauigio eleuat in ſublimi. vt plurimum tamen tam fulmen, quam Præſter ex parte Superioris Nubis, vel ex lateribus Erumpunt. *Motus fulminis* *Tiphonis.*

17 Fulminum præcones ſunt coruſcationes, & tonitrua. Coruſcationum materiæ videtur eſſe exhalatio ſalſa valde rara, & extenuata, & per hanc extenuationem, & ra- *Coruſcatio.*

ritatem differt à fulmine. Ideo autem coruscatio maximum aeris spatium statim occupat, quia cum sal igne succensum excrescat in decuplam proportionem, vt viri expertissimi docent, & obseruarunt ex puluere tormentario, ideo exhalatio falsa, quæ decem cubitis aeris insidet, statim ac inceditur, incipit centum cubitorum spatium occupare, & si noctu eueniunt, coruscationes longe maiores apparent ex aere tenebroso circa coruscationem vehementer illuminato.

Dilatatio salis igniti.

18 Tonitrui materia est exhalatio cum vaporibus permista, quæ dum intra nubem clausa exitum sibi facit, varium sonum edit. Dum enim per nubis partes crassiores impingit mugitum efficit, ad modum aeris in terræ visceribus inclusi, dum exitum quærit sonum efficit obtusum Si autem sit sonitus ad modum instrumenti Bellici dicitur Bombus; quando verò exploditur è sinu Nubis, fragor appellatur. Solet audiri postea sonus, & prius videri coruscatio, quia visus anticipare solet auditum, vt sexcentis exemplis comprobari potest: at multoties sonitus antecedit coruscationem, cum fiat in scissione nubium, per quam flamma egreditur, vel succenditur. Tempus aptum ad tonitrua est æstiuum, &

Tonitrua.

au-

autumnale, quia istis temporibus plures exhalationes vaporibus permistæ eleuantur; non ita in hyeme: Tonitrua verò quæ mugitum imitantur, sunt certiora signa pluuiæ futuræ, quia cum fiat in nube crassiori facillimè in pluuias vertitur.

19 Ignitarum impressionum maximas, & præcipuas sequuntur minores, quę ex magnitudine, densitate, motu, figura varia nomina, & imagines sortita sunt. Aliquæ stipulæ dicuntur, quæ sunt exhalationes amplæ raræ, & modicæ flatuosæ materiæ cum flammas concipiant stipulæ videntur, quæ in ampla aera exardescant. *Stipula.*

20 Trabes aliæ dicuntur cum materia exhalationum per modum Trabis ingentis æqualiter protensa iacet, quæ si minores fuerint Lanceæ appellantur, si adhuc minores sagitta; seu tridens dicitur vel perpendicularis &c. *Trabes Leona et dabitur.*

21 Aliæ dicuntur Caprę, & est materia succensa, cuius exiguæ partes extremæ pilos caprinos imitantur; hęc aliquando dicitur saltans, quia materia paulatim succenditur, & extinguitur secundum diuersas partes, & per hoc saltum videtur efficere; alię dicuntur dracones volantes ex figura, & ex celeritate caussata, vel a natura hiatus, vel à vẽto. *Capre foltãtur.* *Draco Volans.*

i 4 Alij

Ignis fatuus. 22 Alij sunt ignes fatui qui ignis est exhalatio quædam subtilis, & pinguis in infima aeris regione succensa, ac propter tenuitatem facile ad motum aeris agitatur, ideoq; etiam erraticus dicitur, quia dum aliquis, cui huiusmodi ignis insidet, à tergo mouetur; etiam aer mouetur; cuius motum consequitur motus ignis. Si vero huiusmodi ignis semel hominem ambulantem antecesserit propulso aere, ipse etiam semper præit, si vero homo aufugiat illum ignis insequitur, quia semper petit rariorem Aerem. Talis ignis, vt plurimum videtur in Cœmeterijs, & sub patibulis suspensorum, & vbi aliorum carnes reponuntur, quia ex illis locis est exhalatio talis pinguis emissa, quæ nocturna frigiditate per Antiperistasim accensa sæpe sæpius videtur.

Eius locus.

23 Huic similis est ignis lambens de quo ait Virgilius.

Lambere flamma comas, & circum tempora pasci

Ignis lambens. Qui est exalatio subtilis, & aliquantulũ viscosa simul cũ sudore è corporibus Animalium excitata, aut Animalibus ita inhæret, vt videatur lambere, & non nocet, neque vrit, sed solum lucet, adeoque dicitur innoxius, accenditur per antiperistasim.

Ca-

24 Castor, & Pollux sunt duæ flammæ, quæ nauigãtibus apparent, & insident in Antennis ad ignis lambentis modum. Helena verò est vnica flamma malis, aut antennis circumfusa. Porro Castor, & Pollux serenitatem prænuuciare solent, nam distinctio, & discontinuatio Exhalationis ostendit materiam esse rariorem, & debiliorem. Helena vt plurimum aliquid mali ominari videtur, cum indicet materiam esse firmius cohærentem, & quæ diutius perseueret. *Castor, & Pollux.* *Helena.*

25 Stellæ tamen cadentes multipliciter accidere solent. Aliquando .n. exhalatio rotunda, & Globosa vel re ipsa, vel ad speciem intuentiũ per antiperistasim succensa deorsum extruditur, sicuti Nuclei ex digitis exploduntur quæ cum sit paulo densior, & Crassior, in Terram aut in Mare cadit, aliquando exhalatio in magnam longitudinem protensa, sicuti Filium in supremà parte incensum paulatim versus partes inferiores tota succenditur. Aliquãdo denique dispersa ignem concipiens ex vna parte transit in aliam, & sic loco moueri videtur. *Stellæ cadentes.*

CENTILOQ. LXX.

De Aereis.

Venti. 1. AEreæ impreſſiones ſunt quæ fiunt vel ex aere, vel aeri ſimiles: hoc modo ſunt Venti, quorũ nomen homines vulgares motum aeris appellant, ſed falſo quia poteſt eſſe motus aeris abſque Vento ut accidit cũ exploditur Bombarda, cum ruit ædificium, cum pulſantur campana, &c. Sapientes tamen naturalem, certam, ac determinatam, cauſam huiuſmodi motus ſignificant.

Cauſa. 2. Cauſa materialis eſt exhalatio Calida, & ſicca non perfectè concocta ut ad productionem ignis ſit apta, neque multum admiſta, qualis eſt exahalatio ſalſa, & ſulphurea; indigeſta eſt propter calorem neque uehementem neque multum perſeuerantem, ut ſunt in Animali partes quædam alimenti, quæ à calore imbecillo concoqui, & ſuperari non poſſunt imperfectè digeſtæ attenuãtur, donec in flatum erumpant. Cauſa efficiens præcipue Cælum eſt, à ca-

caloribus etiam subterraneis aliquando adiutum: proxima uero, & instrumentalis est calor non multum intensus neque efficax, & resoluens, sed imbecillis, & solum mouens. Caussa formalis est, forma ipsa substãtialis exhalationum. Finalis uniuersalis est salubritas, & purgatio aeris, & alia bona, quæ ab huiusmodi flatibus oriuntur.

3 Magnitudo, ac frequentia ventorum varia est pro varietate dispositionis, quæ in aliquibus locis reperitur, vnde maxima copia ventorum expirat: multoties sunt tenues in principio, sed paulatim accedentibus nouis exhalationibus obuiam, virtus ventis potest augeri quam maximè: & accidit hoc, vt ait Aristotiles, sicuti in fluuio, & in Torrente, augentur enim quanto magis Regiones perlustrant. Sed ventus non propagatur regulariter plusquam ad sexaginta milliaria circiter; nam postea dissipatis exhalationibus quiescit.

Cur tenues in principio postea Validiores.

vsq. quo propagatur.

4 Numerus ventorum apud Antiquos erat quaternarius à quatuor notissimis mundi partibus, nempé ab Oriente, & dicitur Eurus, ab Occidente, & dicitur Zephyrus, à meridie, & dicitur Auster, à septentrione, & dicitur Boreas: Aristoteles autem duodecim numerauit. Sed istis

Numerus.

temporibus ex frequenti Nauigatione usque ad 32 numerantur, nam singulis Cæli quadrantibus septenos, inter quos unum medium inter alios sex quasi ducem ab ipso quadrantis medio constituit aduertentia, qui cum illis quatuor principalioribus numerum Triginta duorum explent.

5 Qualitates Ventorum ex locis in quibus nascuntur, & per quæ trãseunt, uariantur: cum enim citatissimus spiritus quidquid obuium fuerit in aere secum rapiat, fit ut aliquãdo uapores calidos ut Auster qui pertransit Zonam Torridam aliquãdo halitus frigidissimos ut Borea seu Aquilo, eum pertranseat per frigidissimas partes, secum adducant, & hinc fit etiam quod *Ventus* in uno loco sit salubris paulo post infestus, per exhalationem nempe quam inuenit. Quare uero ut plurimum uenti quãuis calidi refrigerent hominis uultum ratio est quia nouum aerem inferunt minus calidum priore circumfuso ori, & ab ipso hominis ore, & respiratione calefacto.

Cur modo salubris paulo post infestus.

Semper videtur refrigerare vultum.

6 Tempore autumni, & Veris potiusquã Aestate, & Hyeme concitãtur Vẽti, quia calor tunc mediocris est aptus ad excitandas exhalationes medias inter tepidam, & adustam: Hyeme vero non est Calor suf-

Tempus opportunum.

sufficiens, & in æstate est nimis fortis, vt nimis exiccet, & adurat in fulmen; sed quia in aliquibus locis est maxima copia talium halituum excitatorum vel ab ignibus subterraneis, & præsertim in montibus, & ab alijs causis, ideo aliqua loca sunt subiecta Ventis: vt plurimum, tamen Venti generantur in media aeris Regione, ex qua cum à contrario frigore propellatur exhalatio illa calida, & sicca inconcocta, quæ sursum ascendere nititur, motum tertium nempe per transuersum arripit, multoties etiam accidit ex reflexione in Montibus. *Locus.* *Motus.*

7 Ventorum alij placidi sunt, alij procellosi pro varia dispositione materiæ. Procellosi sunt sicuti diximus de Tiphone, qui non solum potest euenire vt diximus supra ex motu circulari incepto in Nube, sed etiam ex duplici ventorum ordine, quorum Superior contra inferiorem aggrediatur, ita vt motus circularis fiat, quò ad Superiora maxima pondera feruntur. Sed quia sunt maxime nauigantibus contrariæ istæ Procellæ, & Turbines, ideo faciliora remedia sunt adinuenta: Primum est Acetum in aduenientem turbinem spargere quia cum hoc sit frigidissimæ naturæ multum valet ad Turbinem *Quomodo procella seu Tiphon.* *Remedia.*

binem compescendum. Alterum remedium tutius, & efficacius est tormenta bellica in aduenientem Turbinem explodere, vt Turbo aeris impulsu, & Globo dissipetur, & per hoc etiam imminēte tempestate campanæ pulsantur, & tormenta bellica laxantur vt illūm per motum aeris expellant.

Presagia Procellarū. 8 Presagia Procellarū seu Turbinum, & quarumcumque tempestatum sunt in duplici genere; alia enim sumuntur ab inanimatis, alia ab Animalibus: ex inanimatis presagia sūt si sol in nube oriatur aut occidat, si Parelij contingant. Si Luna cornua, crassa, & inflata gerat; si insolenter palleat, aut erubescat; si Planetæ nitent supra modū, & scintillent; si faces per aerē insolito volēt, Horū omnium ratio est quia est indicium multorum vaporum residentium in aere, nam Sol, & Luna aliaque sydera per medios vapores refracta ampliorem speciem reddunt per exhalationes vero purpurantur, & scintillant.

Primo generis.

Secundo generis. 9 Secundi generis ex Animalibus si Gallinaceus aut Anas frequēter cantent interdiu. Si Grues demissius volent; si Anates certatim cursitent, & summergantur, vt ait Virgilius.

Nunc caput obiectare fretis nunc currere in Vndas.

Si

Si Boues Cælum inspiciant olfacientes; si se contra pilum lambant; si porci lasciuient, & manipulos dissipent; si feles barbam, & caput lauent; si Pecora indecore exultent; si suscitentur dolores in illis qui Podagra, aut alio dolore sunt affecti. Et ratio esse potest quia Spiritus infesti sunt in maxima copia in aere, & sic non est mirũ quod aliqui animalibus molestiam inferant. Quinimmo, etiam ab ipsis ostijs stridentibus contra consuetudinem adest indicium futuræ tempestatis, quia halitus in maxima copia per aerem volitantes in cardinibus positi aliquo modo resistunt aperitioni, & motioni ostij.

10 Vt plurimum Venti non sunt statutis temporibus, sed dantur etiã Venti annui, vt in Oceano Atlantico certo anni tempore Ventus perfet ita vt vno mense ex Hispania in Americam Naues perferat, pariter in Oceano pacifico sunt Venti fere semper eodem modo se habentes; huiusmodi venti qui statutis anni temporibus eflant Etesiæ nuncupãtur, huius rei redditur ratio ab Aristotele, quia statutis temporibus dissoluuntur Niues, ex quarum dissolutione concitantur, etiam halitus in niuibus inclusi, ergo tunc etiam excitantur Venti. Hinc fit quod plus in-

Etesiæ qui Venti.

Causa.

interdiu quã noctu regulariter expirent, quia noctis frigiditate Niues non dissoluuntur, Sicuti dissoluuntur Calore diei, & hinc patet quare post pluuiam generentur venti quia maxime extolluntur exhalationes inconcoctæ, & etiam quare per pluuiam cessent venti, quia illi halitus magis ingrauescunt per humiditatẽ, & frigiditatem pluuiæ.

Cur per pluuiam cessent, & postea excitẽtur Venti.

11 Sed vt verum fatear, etiam si ratio Aristotelis sit vera, tamen mihi videtur impossibile semper ventos illos maximos, & diu durantes ab exhalatione prouenire, ideo mihi videtur certum plerosque prouenire à syderibus ex quorum positionibus, vt astrologi fatentur, venti excitantur.

Terremotus quomodo.

12 Inter impressiones Aereas debet numerari Terremotus, cuius causa est magna copia exhalationum commotarum vel à Calore subterraneo, vel à Calore celesti vel ab vtroque; cum enim sub Terris Magnæ Cauitates contineantur, & magnus ibi calor soleat efferuescere, necesse est vt eueniat infra primam Terræ Regionem, quod diximus præstare Turbinem in aere; nam dum tanta copia exhalationum aditum eruptionis non reperiat impingendo in varias partes, Terra concutitur, & sępe sæpius disrumpitur vt voragines ità

ma-

magnæ euadant, vt non ſolum Ciuitates integræ, ſed etiam Montes, & magna pars prouinciæ abſorbeantur.

13 Signa Terremotus in aquis eſt tremor Nauis; in terris eſt ſpontanea perturbatio aquæ in Puteis. Egreſſio Animalium preter morem quæ ſolent intra terræ viſcera manere; Nubecula tenuis, & ſubtilis, quæ protendatur in longum, & ſic protenſa durat; ex quo ſigno deducitur aliud nempe quod ſit ſerenitas, & Tranquillitas aeris *Signa Ecus.*

14 Perduratio Terremotus eſt maior minorque iuxta variam quãtitatem halitus, & exitus quem poteſt reperire: ſed quanto maior eſt copia halitus, & minor exitus, eo protenditur magis duratio vſque ad 40. dies, quin etiam per annum, & duos mẽſes vt refert Ariſtoteles huc illucque diſcurrens, & ſæpè ſæpius rediens, vſque dum ſibi paret exitũ; ex quo proueniũt varij effectus, non ſolum vt dixi voragines fiunt, & loca transportantur, verum etiam fontes erumpunt, & ignes etiam ſubterranei, & quod peius eſt cõtingunt morbi, & peſtilentiæ, cum exeant noxiæ, & peſtilentes exhalationes. *Perduratio vnde.* *Effectus varii.*

CEN-

CENTILOQ. LXXI.

De Terreis.

Ignes subterranei quomodo

1 QVatuor præcipuè numerãtur Terrestres impressiones Ignis subterraneus, metalla, lapides, & mineralia. Ignes subterranei ex materia quadam bituminosa, pingui, & vnctuosa conficiuntur: hæc enim dum Calore, qui solet in locis subterraneis efferuescere, agitatur in varias partes concipit incẽdium, quod cum materia illa succensa fit valde flatuosa à ventosis Spiritibus exhalationes foras iaciũtur tantoque ardore incendium sæuit, vt proximi lapides, & Terræ partes vel redactæ in Cinerem iaculentur, vel liquefactæ per modum Torrentis euomuantur vt videre est in vesuuio, in Ethna & in alijs Mõtibus fumosis, & igniuomis positis vel prope mare, vel intra mare, quia in talibus locis subcrescit talis materia: imo præteritis annis cineres erumpentes è vesuuio fuerunt asportatæ per centum quinquaginta milliaria longe, & meis oculis

Loca ipsorum

vidi

vidi cinerem illum non in exigua copia super folijs pomorum medicorum in lictore maris Adriatici. Quinimmo, fragor excitatus in explosione materiæ ab ore illius Cauitatis ad confines Italiæ peruenit, & longius, & meis auribus audiui, dum adhuc Puer in Patria morabar.

Metalla quot.

2 Metalla, quorũ septẽ species numerantur, videlicet Aurũ, Argentũ, Æs, Ferrum, Plumbum, Argentũ viuũ, & Stannum, licet hoc vltimũ ab aliquibus dicatur confectum ex per mixtione aliorum; sicuti Electrum est ex permixtionẽ Auri, & Argenti, suas causas habent. Causa enim efficiens sunt sydera, & Cælum, causa formalis est propria forma. causa materialis ab aliquibus assignatur sulphur & Argentum viuum, sed melius assignatur ab Aristotele exal ario terrę à vaporibus superata quod clare apparet, quia in nubibus aliquando generantur aliquæ particulæ Metalli, & tamen in nubibus non est nisi vapor, & exalatio. Causa finalis est varius vsus hominum, & pulchritudo naturæ. Somniauit Cardanus Metalla esse animata, sed fateor nescio qua ratione cum nulla operatio animæ ibi reperiatur, fit enim accretio per iuxta positionem partiũ, vt experientia docet. Liquatio Metallorum ideo fit quia calor ha-

Electrũ

Causæ metallorum.

Inanimatum

habet virtutem resoluendi humidum ita vt fluat, vt patet in cera, in Glacie &c. Sed cum in Metallis detur humidum ita bene compactum cũ alijs partibus; vt ab illis nõ possit separari si à calore vehementi resoluatur humidum, ita attenuatur vt cum alijs partibus possit fluere. Sed quia in ferro minus humiditatis, quã in alijs reperitur, & plus caliditatis ideo potest incendi, & ita incensus perdurare quin fluat.

Quomodo liquentur.

3 Lapides habent causas easdem; quas diximus de Metallis, cum hac tamen differentia, quod in lapidibus præualet exalatio quia lapides siccissimi sunt, ideoque fere nunquam liquescunt. Sunt in duplici genere. Cõmunales alij; alij prætiosi. Cõmunales ex crassiori, & pinguiori constant materia. Pretiosi verò ex puriori, & subtiliori materia, inter istos recte potest numerari Christallus, quia licet Plinius, & Albertns affirment in Regionibus frigidissimis concrescere niuem in Christallum, tamen cum inueniatur intra terram in venis tam Metallicis, quam proprijs vt asserit Agricola libro de natura fossilium rectè inter lapides potest numerari, nam generatur ex vaporibus & ex exalationibus tanquam ex materia, & ex frigore tanquam ex causa, & quamuis concresceret ex nimia

Lapidum causas

non liquescũt

Quot.

Christallus.

Quomodo.

nimia copia niuis vt reperitur in aliquibus Montibus frigidissimis, & niue nunquam carentibus, tamen cum non sit nix, neque glacies sed habeat formã substãtialem diuersam, quando enim alteratur redit ad proprium statum, quod non accidit neque in Glacie, neque in Niue, ideo inter lapides numeratur.

Habent propriam formam.

4 Media inter lapides, & Metalla sunt mineralia, quia mediam participant naturam, ita sunt Sal, Sulphur, Alumen, Antimonium. &c. quorum causæ eædem sunt ac supradictæ. Sed quia videmus in aliquibus regionibus esse Metalla, in aliquibus esse maximam copiam lapidum communalium; in aliquibus lapidum prætiosorum, ideo possumus deducere quod Cœlum Empireum influat, quod cum sit immobile, similes parit effectus, si cætera cõcurrant, vt diximus etiam supra de distintione Climatum, eorumque diuersitate.

Mineralium causa.

Empireũ influit.

5 An Metalla. & cetera Mineralia, & fossilia, & lapides habeant propriam formam substãtialem mihi probabilius videtur respondendum affirmatiuè, quia etiam si liquefiant, & alterentur, tamen se reducunt ad proprium statum, vt aqua Calefacta, maculæ vero nõ arguũt formã accidẽtalẽ, sed potius diuersitatem materiæ, vt accidit in maculis hominum.

Habent proprias formas.

macula quomodo.

CEN-

quæ aeri permiſcetur propter conſtrictionem frigoris, quæ tamen non eſt ita magna conſtrictio ſicuti grandinis, & vt decidat nix ſemper fiat ventus ſaltē in media aeris regione, vt poſſit in particulas diſtinctas euellere ab ipſa Nube. Quamuis ita cōſtricta decidat, tamē nō perdurat vt Grando precipue in locis aqueis & humidis, quia humiditas iuuat ad diſſolutionem. *Nix quomodo:*

4 *Nebula* conficitur ex reliquijs nubium, quæ non dum bene concretæ ſequuntur; & in infima regione incumbentes terræ caliginem ſolent efficere, Quando Nebula eſt in vallibus eſt ſignum pluuię futuræ, quia adeſt maxima copia vaporum; ſi vero in montibus non eſt ita, quia ſubtiliores ſunt, & in auras reſoluuntur. *Nebula* *Cũ ſignũ phyſicæ.*

5 Ros, & pruina ex vaporibus conflantur, qui in poſtrema aeris regione circa terræ ſuperficiem relicti a ſole veſpertino, in guttas concreſcunt. *Ros & Pruina*

6 Mel, etiā pertinet ad Metheoricas impreſſiones aqueas, quia conflatur ex tenui vapore, quò ros gignitur, & habet aliquas partes terreas ſubtiles cum humido tenui commiſtas, ſed ſi humidum aqueum non multum diſſoluatur, gignitur Mel, quod ſimul cum rore decidente folijs arboris inſidet, & in floribus; *Mel quomodo.*

è

è quibus Apes colligunt, & in alueαribus reponunt. Quod vero colligatur, & non conficiatur ab Apibus, patet quia asseruant Mel ad comedendum tempore hyemali, sed si esset confectum ab Apibus esset calore digestum, & postea vt excrementum expulsum, sed excrementum non potest saluari à natura pro nutrimento, ergo colligitur, & asseruatur: non nego tamen calore proprio succum illum aliquo modo concoquere, & purificare. Quod mel in aliqua Regione, vt in heraclia Pōtia sit venenatum, & in aliquibus partibus Sardinię Sit amarum vt refert Plinius, non per hoc probatur quod fiat ex succo florum quia ille humor cadens in flores, & in herbas venenatas, & amaras aliquā illarum qualitatem attrahit.

An ab Apibus

Quare amrarū & venenarū.

7 Manna non dissimilem ortum habet à melle, quando cum illo vapore tenui, ex quo ros generatur eleuentur partes subtiles pingues terreæ, & ita humidum aqueum ex coquatur, vt remaneant partes illæ terreæ cum exigua humiditate, tunc fit liquor candidus mellei saporis, qui decidens supra folia arborum ad varios medicinæ vsus idoneus est, precipuè ad soluendam aluum. Cum primū decidit tener est, atque fluidus, sed si ante solis ortum colliga-

Manna quomodo.

ga-

gatur concrescit,& duritiem accipit Et quamuis manna colligatur ex vlmo, fraxino, salice, tamen decidit supra arbores communiter, sed ex dictis collectus magis opportunus est ex qualitatibus forsam receptis à dictis arboribus.

in quo residet.

8 Difficultas potest esse de māna Hebreorum, aliqui agnouerunt distinctionem essentialem quia manna illud habebat speciem Coriandri,& die sabbati non decidebat,& si asseruatum fuisset in hesternam diem (dempto Sabato) exputrescebat,& habebat varietatem Saporis, & multa alia,quæ ex scripturis colliguntur. Probabilius tamen mihi videtur fuisse eiusdem rationis cum nostrate,& non differre essentialiter, licet quò ad productionis modum, & alias circumstãtias diuersũ esset: non .n. videtur posse assignari differentia essentialis, præsertim quia diuersitas agentis non semper arguit diuersitatem specificam in natura; Rana enim Generata a Rana, & ex putri non differt essentialiter,forma coriandri potest recipi etiam in nostro cum durescat; & cæteræ circumstantiæ ostendunt aceidisse præter naturæ ordinem, non probant differentiam substantialem, sicuti nō differt substantialiter vinum ex aqua miraculosé productum à Domino in

Manna Hebreorũ qualitates.

instãtia de aqua in vinũ versa.

Nuptijs Canæ Galileæ, & Ter conuersa aqua in vinum à Sanctissimo Patre nostro Siluestro, aliter non fuisset vinum, & homo resuscitatus non esset homo.

Nubes quæ.

Diuersitas colorum.

Effectus et signa

9 Nubes est congregatio, & congelatio multorum vaporum circa secundam regionem aeris constitutorum. Varij colores sunt, qui proueniunt aliquando à diuersitate luminosi, quando enim sol ferit nubē, color clarior est, quam si proueniat à Luna, vel ab alijs syderibus, aliquando prouenit a propinquitate luminosi, magis namque clarescit si luminosum est propinquius: vt plurimum tamen à diuersitate nubium, nam si nubes valde crassæ sunt, & densæ, sicuti parum luminis recipiūt ità nigræ apparent, quæ tempestates & pluuias significant, quatenus multum vaporosæ, & humidæ; si mediocriter densæ sint, præsertim si sint admistæ siccæ exhalationes rubicundum colorem portant, & est signum Ventorum vel fulminum, quia siccæ exhalationes vel concipiunt flammam, vel dissoluuntur in ventos Hinc est quod rubor matutinus pluuiam indicat, quia vapores sursum eleuati in maxima copia refrigerati in media aeris regione in pluuiam decidunt: E contra vero rubor vespertinus indicat Sereni-

renitatem, quia vapores descendentes cum Sole relinquunt Serenum aerem. Si tandem Nubes raræ sint, ac tenues, & permistis aliquibus particulis aeris, albæ sunt, & aquarum infecundę.

10 Ex nube oritur pluuia, quæ nihil aliud est quam nubes vel per calorem, vel per frigiditatem in guttas resoluta, quæ si resoluitur in minutissimis dicitur imber, quando verò in maioribus, & spissioribus dicitur Nimbus. Et quamuis circa superficiem Terræ pluuia sit comminuta in guttas, tamen in media regione aeris ingentia aquarum flumina deuoluuntur, quæ propter magnam distantiam, & resistentiam aeris disgregantur in particulas, vti videmus accidere dum ex altissimo loco proijcimus aquam. *Pluuia quæ.* *quando nimbus* *quando imber.*

11 Durat successiuè pluuia, quia dum aliquæ partes nubis ponderosiores addensatæ à frigore, vel dissolutę à calore decidunt, aliæ superiores paulatim dispositæ sequuntur; quod si non fuerint dispositæ cessat pluuia, vel omnino, vel per interuallum, donec disponantur. *quare successiua.*

12 Tempus pluuiæ aptissimum est Hybernum, quia fere omnes vapores quos attrahit Sol nocturno tempore longiori, quam in *Tempus*

æstate, facillimè addensantur in nubes pluuiales.

13 Monstruosæ aliquando fuerunt pluuiæ, & sanguineæ, lapideæ, Metallicæ, & sulphureæ, lacteæ V. g. sanguineæ, quæ bello Troiano gliscente deciderunt ex ipso mortuorum sanguine latissime patente, & à Sole per vapores eleuato statimque frigore addensato potuerũt exoriri. Quinimmo ex vaporibus extractis à Terra minij copiosa resolutis accipiunt colorem rubrum: hinc est quod in Armenia decidãt niues purpurei coloris. Lapideæ, & metallicæ, vel possunt accidere, quia sunt asportatæ elonginquo vt diximus de Cinere, & de Saxis erumpentibus è Vesuuio, vel generari possũt in aere ex tali permistione vaporum, & exhalationum idem dicite de alijs.

Pluuia portentosa unde

CEN-

CENTILOQ. LXXIII.

De Lucidis.

1 HVcusque distulimus hanc tractationem, quia erat necessarium præmittere explicationem Nubium, & halituum, ex quibus, & ex luce conflantur lucidæ apparentiæ quæ multæ sunt: alia .n. dicitur fouea; alia fornax; alia Virgæ alia Parelia, alia corona. Iris tandem alia,

2 Fouea tunc apparet in Aere cum nubes aliqua seu exhalatio densior, & opaca in medio, circa latera verò rarissima, & Diaphana vel à Sole vel ab alio sydere illustrata similitudinem foueæ repræsentat; in media enim parte, cum sit nigra antrum repræsentat, extremæ verò partes, cum sint sub albæ repræsentant quasi orificium Antri. Si talis fouea sit minor dicitur hiatus: si sit maior vorago appellatur.

fouea quomodo.

quando Hiatus.

3 Fornax euenit opposito modo si enim extremitates nubis sint densiores, & in medio nubes sit leuior, cum per medium transpiret lumen, fornacis similitudinem præsefert,

fornax quomodo.

partes enim crassiores circumcirca, se habent veluti Orificium fornacis.

4 Corona in syderibus, & in Luna tunc apparet, cum vaporum copia inter aspectum nostrum, & Lunam v.g. mediat, sed tantam exhibet suarum partium raritatem, vt diffusum Lunæ lumen itá vapores circumiectos imbuat, vt late fulgens Circulus quasi corona appareat. Aliqui dubitarunt an Corona moueatur simul cum sydere, quia videtur multoties sydus coronatus ad longum spatium, sed certe non mouetur corona, sed ideo videtur coronatum astrum, quia similis vapor est æqualiter distensus per multum spatium àeris; hinc fit quod quanto magis durat Corona, eo certiores nos facit de aduentu pluuiæ, quæ prouenit ex maxima copia vaporum. Si verò corona sit fracta, significat ventum ex illa parte: circa Solem raro Corona circumfulget quia talis vapor cum sit rarus, facile dissipatur à calore Solis.

Corona quomodo.

an moueatur.

Cuius signum.

5 Virgæ dicuntur ita à figura quam imitantur apparentiæ in longum protensæ ad solis latera insidentes. Accidunt ex diuersitate densitatis, & raritatis, qua partes nubis vario modo sparguntur, rariores

Virga.

res .n. cum transmittant lumen, cumque densiores impediant, varium colorem ostendunt.

6 Parelia sunt apparentiæ, ità dicta à vicinitate Nubium, in quibus refulget multiplicatus Sol, ideoque nihil aliud est, quam replicatio imaginis Solis. Aliqui dicunt quod fiat ex nube ad latus solis circumsistente, quæ ita sit disposita, vt in superficie suprema sit Diaphana, & æqualiter continua, vt possit imaginem recipere, in parte verò inferiori sit opaca, & Terrea, vt possit eamdem imaginem terminare, & reflectere, sicuti terminatur, & reflectitur imago in speculo per argentum viuum suppositum; sed certe cum radius reflexus debeat fieri similis angulo incidentiæ, vt alibi probaui, non poterit videri nisi in determinato loco, vtque experientia comprobatur in speculo, ideo mihi probabilius videtur accidere ex interpositione nubis variarum superficierũ, sicuti videtur multiplicatum obiectum ad multiplicationem superficierum Vitri inter positi inter obiectũ & oculum: Quot enim sunt superficies vitri interpositi, totidem videtur multiplicatum obiectum, ità in casu nostro. Hinc est quod aliquando duo soles, aliquando tres apparuerunt. Quinimmo Cardanus sex etiã

Parelia quæ.

quomodo fiat.

asserit apparuisse. ex quo numero remanet comprobata nostra opinio, & eneruata contrariorum, quia non est verisimile quod tot diuersæ nubes ad latera solis ita sint dispositæ; cum ex alia parte ex vna interpositione nubis variarum superficierum hoc possit accidere. Tempus opportunum est matutinum, & vespertinum raro in Meridie ex validitate radiorum solarium nubem dispergētium. Et quia radij Lunares non sunt validi, ideo talis apparentia, & multiplicatio Lunæ diutius potest perdurare. Effectus pareliæ est imbres diuturniores efficere, vt Testis potest esse Lusitania, quæ circa principium huius seculi siccitate laborās Parelia conspecta per integrum Mensem imbribus fuit madefacta.

Quo tēpore.

eius effectus,

7 Irys, quæ non tam Taumantis Filia, quam admirationum Mater Miraculo suo detinet mortalium oculos, animosque talis arcus multiplici colorum varietate radians in admirationē uertit. Subiectum Irydis est nubes magis aquea, quam sint nubes, in quibus alia fenonema lucida fiunt, ideoque est nubes quædam rorulenta seu Roscida vel aquæ guttulæ. Causa formalis est ipsum lumen solis, vel alterius luminosi quatenus in varijs partibus nubis vel in guttulis aquæ decidentibus di-

irydis.

Causa.

diuersa representatione recipitur. Causa efficiẽs est Sol seu Luna, seu aliud luminosum cum directè opponatur Roscidæ nubi in eo situ, vt centrũ ipsius oculi respicientis Irydem è centro ipsius arcus per vnam eamdemque rectam lineam ad luminosum ductam conspiccatur. Hinc fit quod multoties plusquã medietas arcus videtur, multoties vnum segmentũ quia tota illũinata, tamen nõ videtur tota, nisi habito respectu ad Centrum ipsius arcus, e quo ducatur linea ad oculũ ad luminosum. Potest videri etiã Arcus integer si aliquis sit supra montẽ, & Irys sit versus orientẽ v. g. & sol sit versus meridiẽ, quia tũc oculus emittit radiũ ad Cẽtrũ circuli, & ducta circũferẽtia põt totã uidere habito respectu ad ipsã positionem Solis; cũ uero appareat Circulus, & non alia figura quamuis tota nubes sit illuminata signum est quod oriatur non præcisè ex figura Sphærica aut corporis illuminati aut luminosi, potest enim fieri Iris à lumine faculæ ut compertum est, & ipse obseruaui in irrorationibus fontium Tusculani; sed oritur potius ex radijs à nube (seu à guttulis irrorantibus) ad oculum reflexis facientibus inter se, & cum angulis incidentiæ angulos æquales qui non possunt (ut suppono ex op-

Quare modo pars circuli modo totus.

tica disponi nisi in Orbem circa oculum, in cuius Centro est vertex coni radiosi, & basis est in nube Roscida, vel in irroratione illuminata. Multoties plures apparuerũt, quia plures nubes sunt ità dispositæ, Et non potest dici quod secunda sit reflexio primæ, quia remanet vna euanescente altera. Colores Irydis tres numerantur regulariter licet aliqui alijs debiliores appareant. Dispositio est talis: supremus circulus punicum Colorem medius viridem, infimus purpurinum repræsentat ex diuersitate dispositionis: si enim exigua densitate lumen reflectit puniceum. Si mediocri viridem; Maiori purpureum colorem efficit. Effectus Irydis est indicare Serenitatẽ futurã quæ habetur quia iam sunt dissolutæ nubes in pluuiã; sed multoties etiã, & vt plurimum, est signum imminentis pluuiæ, cum fit ex nube facile solubili in aquã. Si accipiatur ex Decreto Diuino est signum, quod nunquã amplius fuerit Diluuium Vniuersale.

quando plures.

8 Aliqui volunt viam lacteam esse impressionem lucidam; sed ex diuturnitate figuræ, & situs, & ex aliquibus instrumentis compertum est, esse in Cælo Stellato ex vnione, & conglobatione minimarum Stellarum,

Via lactea.

rum,

rum, vel potius ex partibus crassioribus Cœli magis aptis ad reflectẽdum lumen

CENTILOQ. LXXIV.

De Fontibus.

1 AQuæ caput, seu Origo dicitur Fons; Aqua decurrens, & fluens, dicitur flumẽ, Aqua tandẽ stagnans dicitur lacus. Fontis causa ab aliquibus assignatur pluuia, & ex eo quod Hyeme fontes, & flumina sint maiora, quam æstate, & ex eo quod tam Fontes, quam flumina aliquando desint; sed licet ex aquis pluuialibus possint augeri, & fontes, & flumina, tamen quamuis magna sit aqua pluuiæ iuxta sententiã multorum vltra decem pedes non madefacit Terram, ergo non possunt aquæ pluuiales constituere fontes perennes, cum ex alia parte possint deficere fontes vel quia deficiũt vapores, vel quia occluduntur meatus, vt non possint aquæ per illam partem effluere. *Fons quid.* *Fontis Causa non est. Pluu.*

2 Aliqui alij volunt fontes habere indeficientiam à Mare, cuius

aqua, dum per subterraneos cuniculos peruoluitur dulcis euadit. Et maxime in Scriptura Ecclesiastici primo fundatur hæc sententia, cum ibi habeatur. *vnde exeunt flumina reuertuntur vt iterum fluant;* Sed hæc sententia vnam habet difficultatem, vt explicet quomodo aqua possit ascendere præter naturam vsque ad summitatem montium, in quibus sæpe apparent fontes. Et licet talis sentẽtia mihi uideatur in parte probabilis, cum tam ingentia flumina, & fontes non possint habere aquas perennes, quam ab aquis marinis per cuniculos latentibus, præsertim cum ex descensu ab altitudine Oceani possint aquæ habere aliquem ascẽsum; non est tamen improbabilis sententia Aristotelis volens generari fontes ex uaporibus in aquam conuersis in Terræ meatibus ui frigoris. Eleuãtur enim intra Terram e locis humidis, & aquosis vi ignis subterraneorum, & ui Solis uapores, qui ex frigiditate Cauitatum in quas impingunt, conuertuntur in aquas, sicuti ignis eleuat uapores ex olla qui deinde ui frigoris operculi uertuntur in aquam, sicuti accidit etiam in distillationibus, & confirmari potest quia eodem modo generatur aqua infra terram, quo supra, sed supra terram ex uaporibus aut

non omnino mare.

aere

aere uaporoso, ergo etiam intra, præsertim cũ aqua è mari dilabens, & ad talia loca permeans, semper suppetat uapore excitatos à calore, qui uapores, usque ad cacumina Montium pertingentes, ibi possunt fontes efformare, & inde flumina erumpere, & sic uerificatur etiam locus scripturæ. *Vera Causa*

3 Nulli bi à natura tot miracula occultantur, quot in aquis; sed ad explicationem quorumdam debemus ut certum supponere aquam habere suas duas qualitates, frigiditatem, & humiditatem, & ex uaria combinatione istarum uariæ etiam aquæ constituuntur: hoc ab intrinseco; sed ab extrinseco etiam possunt recipere differentiam à permistione scilicet qualitatum receptarum a locis, & corporibus, per quæ transeunt, ideoque maximam uim habent ad uarios morbos medendos, & ad uarias sensationes excitandas.

4 Fontes aliqui frgidissimi sunt, aliqui Calidissimi, aliqui tepidi. Frigidissimorum causam commode referre possumus in ipsam formam Elementi, quod sibi producat suum frigus debitum, cuius tamen actiuitas augeri potest per admixtionem alterius corporis habentis prædominium frigidi. Caloris causam referre pos- *Calidissimi*

possumus in ignem subterraneum aliquo modo ipsis aquis subiectum, nec potest esse sol, quia omnes aquę deberent esse calidæ. Quod verò ignis subterraneus possit hunc effectum parere, patet in aquis calidis quæ currebant in Termis, calefiebāt enim eo quod per continuum igniū admotionem tubæ illæ Eneæ inflāmabantur; atque ex hoc patet cur alij fontes sint tepidi, nimirum, vel ex remotione à sua causa, eo quod ignis subterraneus sit remotior, vel à maiori distantia à loco scaturiginis, cum in ipso decursu frigefiat aqua.

Tepidi,

5 Si verum est quod refert Plinius, quod sint aliquæ aquæ, quæ diu frigent, noctu verò incalescant, eius causam possumus refundere, quia in die apertis calore Solis Terræ poris euaporat ignis, ideoque nō ità applicatur ad ipsam aquam: noctu uero propter circumstantiam frigoris constipatà Terrà ignis non euaporat, sed aquam Calefacit magis. Adde quod intra ipsam aquam potest esse admistus ignis, si sit bitumen, materia scilicet pinguis, & liquida, siquidem ignis ex bitumine ardet etiam in aqua vt videre est in igne artificiato, & sic Calore solis die euaporante igne potest appare-

ie

re aqua magis frigida die, quam noctu.

6 Aquæ aliquando lacteæ, aliquando flauæ aliquando Rubræ, aliquando virides Horum & similium colorum diuersitas prouenit ex ijs, quæ admiſcentur ipſi aquæ, ſi vere ita appareant coloratæ etiam extra locum vbi ſunt, nam ſi ſint coloratæ in proprio loco ſolum poteſt prouenire, vel ex corpore ſuppoſito, vt accidit in mari rubro, quod tale nomen ſortitum eſt ab arenis rubris vel ex reflexione alterius corporis circumcirca adiacentis. & ſic mare Adriaticum eſt ceruleum, uel ex colore Cæli reflexo in tali mari, vel ex profunditate,

Color in aqua Vnde.

7 Quod dentur aquæ male olentes ipſa experientia probat, aquæ enim calidæ vt plurimum male olent; in aliquibus odor eſt ſimilis odori pulueris tormentarij & in alijs ſepiſſimè ſulphurei Iſtorum, & ſimilium odorum cauſa aſſignari ſolet, quia habent admiſtum aliquem ſuccum, vel amarum vel Terreum, vel quia tranſeunt per terram ſulphuream, & vt plurimum contingit, etiam quia retentæ aquæ in Cauernis ſine vllo motu putreſcunt.

Odor vnde.

8 Experientia pariter oſtendit ſapores reperiri in Aquis; aliæ enim ſunt dulces; aliæ amaræ, aliæ ſalſiores

Sapores varij Vnde.

tes ipsis aquis marinis, aquæ si quidem propè Vrbem Candæ teste Pausonia ėst lacte dulcior; Fons quidam in Paphaglonia habet saporem Vini. In sinu maris Adriatici vbi vergit ad Aquileiam septem reperiuntur fontes vno excepto omnes salsi; acidi sunt in Mâcedonia, & multis in locis prope Vrbem, Aqua fluuij Tigris dicitur contineri non posse in Vase Argenteo, uel Eneo quin illud propter acrimoniam corrodat, Istorum, & similium saporũ causam potest assignari permistio corporis sicci vel Terrei, vel humidi, uel è contra, & iuxta qualitatem mistionis oriuntur varij sapores; talis autem permistio potest accidere, vel ex calore solis, seu ignis subterranei diuersimode conquoquente Terram, uel quia aqua dum fluit lambit Terram talem, & talem saporem habentem, ideoque aqua ferrata est, quæ transit per uenas ferri, acerba, quæ transit per loca aluminosa. Amara per loca nitrosa, male olens per loca sulphurea.

9 Ex similibus permistionibus habetur quod ex aquis generãtur diuersi colores in Animalibus. Aqua in Cappadocia candorem facit: in Boetia nigredinem inducit: in Macedonia rufum colorem efficit isti namque & similes colores fiunt ex aquis habentibus diuersâs qualitates

tes: Color enim albus fit ab excessu frigidi; niger ex aqua admixta exhalationibus Terreis quia ratione istarum est virtualiter calida, sic etiã aquæ Aluminosæ faciunt colorem album, nitrosæ nigrum, ferratæ flauum.

10 Maxima virtus sanatiua reperitur in aquis, aliquæ enim sanant vulnera, & Vlcera, quia aluminosæ sunt, quæ in principio fluxionem excitant, & postea exiccant; aliæ medentur oculis, quia æratæ sunt, quia purgant ea quę ipsorum claritati officiunt. Quæ faciunt Mulieres fecundas nitrosæ sunt: Nitrum enim vterum mulierum abstergit, redditque conceptioni habilem. Aliæ partum custodiunt, atque abortum impediunt, eo quod aluminosæ sint, quia roborant, & constrigunt vterũ, quem effectum parit etiam puluis Coralli. Aliæ quæ si non medentur penitus, saltem modificãt podagram quia sunt sulphureæ, & etiam aluminosæ. Nitrosę vero curant articulares morbos, & neruorum. Illæ eædem dicuntur curare insaniam, quia exiccant capita humoribus frigidis plena, atque cerebrum roborant. Aquæ ferratæ purgant corpora, & calculos frangunt, atque Tertianas expulsant: & sic omnes variationes in similes qualitates referendæ sunt. *Quæ sanant.*

Re-

Quæ nocent.

11 Reperiuntur etiam aliquæ aquæ, quæ morbos inferunt, ita in Arcadia scribit Varro esse fontem, cuius aqua prægustata ab auibus cito moriuntur, & aliquæ aliæ sunt aquæ tam noxię vt pisces venenatos alant. Horum similiumque effectuum causæ sunt plures; vna est quia habent admistas exhalationes pestiferas, altera est quia secum ferunt quędam succum lapidescentem, ita vt in ipso decursu aquæ lapidescant, hinc est quod viscera constrigunt, & non possunt alterari.

Leuiores salubriores.

12 Ex maiori, & minori permixtione corporum in ipsis aquis sunt magis, & minus leues; ideoq; leuiores cæteris paribus sunt salubriores grauioribus, sed sicuti magis proficiunt sanitati leuiores, ita grauiores sunt magis accommodatæ ad nauigationem, quia grauiores substinent maiora pondera, quam leuiores, vt apparet in aquis marinis, quibus multoties substinetur Nauigium, quod non potest substineri ab aquis leuioribus, & hinc fit, quod aliquando fit naufragium in fluminibus, & non in Mari, cuius rei rationem reddit optimam Aristotiles more suo, quia in tantum Naues, aliaque corpora super natant aquis, in quantum tota moles Nauis, & corporis supernatantis

tis leuior est mole æquali aquæ sub-
stinentis, sed quia moles nauis, seu
alterius corporis potest esse leuior
aqua marina eiusdem molis, & po-
test non esse leuior, quinimmo potest
esse grauior aqua fluminis, quæ est
leuior aqua maris, ergo in flumine
non potest substineri, & mergitur,
sed non mergitur in mari.

Nota.

13 An autem sint veri aliqui
effectus qui ab auctoribus tribuun-
tur aquis v.g. quod aliqua aqua
pota, lacrimas ciet; alia risum
moueat vsque ad mortem, sicuti dici-
tur etiam de quadam herba in In-
sula Sardiniæ, alia extinguat risum,
quædam accēdit faces extinctas, quæ-
dam si quis tacens ad eam appro-
pinquet quieta inuenitur, si vero
vnum vel verbum quis dixerit agi-
tatam reperiet: si in illis, & simili-
bus effectibus nihil tribuendum sit
præstigijs, fides sit apud auctores.
De differentia in varietate, in decur-
su, in ortu, & in similibus legi pos-
sunt Conimbricēses hic, sed qui mul-
ta velit de aquis, legat orationem
propriam appositam in Examero-
ne Patris Ioannis Rò eruditissimi
viri recenter edito uernacula lin-
gua.

Alij effectus præcipue risus.

CEN-

CENTILOQ. LXXV.

De Fluminibus.

qui torrentes.

1 DVo sunt genera fluminum, alia perpetuo perdurant, alia ad tempus; secundi generis non flumina, sed propriè Torrentes dicuntur: primi generis habent ortum, sicuti diximus de fontibus Torrentes vero cum desint fluere patet eorũ causam esse aquam pluuialem in Cauitatibus receptam, & postea effluẽtem donec absumatur: hinc est quod potius in hyeme, quàm in æstate fluant, quia hyeme crebriores sunt pluuiæ.

Quæ flumina.

2 Flumina verè sicuti habent originem indeficientem, ità semper fluunt, sed tam Torrentes quam flumina è montibus descendunt, quia Montes sunt veluti vasa distillatoria, quæ semper stillant multas guttas in vnam aquam congestas, & diffluentem. Et patet etiam experientia, & inductione probata ab Aristotile, quia Nilus circuit Etiopiam, & oritur ex montibus Lunæ versus Africæ promontorium dictũ caput bonę spei, & est maximum flu-

flumina è montibus.

flu-

flumen in Africa, in Asia oriuntur ex Caucaso vt est Phison, qui secundum aliquos est ramus Eufratis, Ex alpibus in Europa fluunt quatuor flnmina nempe Padus per Italiam; Rodanus per Galliam, Renus per Germaniam; & Danubius per Germaniam, & Vngariam, & per alias regiones fluunt Ex appenninis Montibus fluunt, & Arnus, & Tiberis.

3 Alij Amnes sunt Celebres quia ferunt aurum, & argentum, vt sunt Tagus in Hispania Pattolus in Lydia, Ganges in India: & alij quam plurimi. Aliqui alij sunt Celebres ex magnitudine, vt argenteum in Brasilia, cuius ostium, quo intrat in mare, extenditur ad 160. milliaria, & tanto impetu decurrit, vt Nautę ex ipso dulces latices de longinquò intra mare hauriant Simile flumen, quod madefacit regna Congi, cuius os ad 36. milliaria aperitur, & defert tanto impetu vndas, vt ad 80. milliaria intra mare illas extendat dulces. Rhenus qui tribus ostijs in mare germanicum deuoluitur- Danubius sex in Pontum, Padus in mare Adriaticum septem: totidem Indus in oceanum totidemque Nilus qui habet cataractas è quibus ita dat se præcipitem, vt sonitu accolis vicinioribus auditum perimat. *Amnes Celebres ex auro*

Ex

4 Ex duobus alijs capitibus Nilus mirabilis redditur præ alijs fluminibus. Primo ex origine, quia diffluit ex Paradiso Terrestri, nam per Geon Nilus intelligitur à quam plurimis Sanctis Patribus vt ab Augustino 8. de Genes. c 7. D. Hieronimo de locis Hebraicis, & suadetur ex ipsa scriptura Genes. 2. vbi habetur geon perlustrare totà Ethiopiam, quod nisi Nilo conuenit vt patet ex Geografia. Sed quia voluit Deus occultare locum Terrestris Paradisi, ideo nunc eius origo non aspicitur nisi in lacu Aphricæ; vt Aliqui volunt, vel ex montibus Lunæ vt supra diximus.

Nili origo.

5 Secundo ex intumescentia, quæ statutis bis anni temporibus crescit, ità vt decem cubitis se extollat, & Aegyptum fæcundet. Tale incrementum non potest aliunde prouenire, quam ab Ethesiis, quibus, & detinetur decursus aquarum, & concitantur pluuiæ in locis, e quibus originem ducit Nilus, nam compertum est, quod quando excrescit Nilus in illis locis, é quibus oritur Hyems est; ideoque creberrimæ pluuiæ, & niuium dissolutiones, & nõ est mirum quod Ethesiæ causent vtrumque effectum nempe, & retinere fluxum aquæ Nili, & parere pluuias, quia experimur hic Romæ quod

quod flante eodem vento ita intumescunt aquę Tiberis vt Romam inundent, quia, & detinetur cursus aquarum, & concitantur pluuię.

6 Multoties flumina absconduntur intra Terræ Viscera ideoque videntur oriri fontes; sed ad dignoscendum in qua parte possint formari fontes, & facere vt appareant aquæ, multa signa dantur, vt videre est apud Vitruuium lib. 8. Architect. c. 1. Plin. lib 31. c 3 *vnum est quando Terris quibus dulcis humor non longe subest vbertas quorundam germinum semper arridet vt est iuncus aquatilis, Cannaleuis, rubus validus, salix lenta, Populus virens, & reliqua arborum germina quæ vltra suam naturnm facile proceritate luxuriant*. Hæc apud Cassiodorum variar. libr 3. Alterum est vt nocte veniente lana sicca cooperta humida inueniatur Tertium quando orto Sole in columnæ speciem tenuissimum fumum cernimus, in talibus enim locis excauãdo facile inuenitur aqua.

Signa aquarum latitantium.

CEN-

CENTILOQ. LXXVI.

De Mari eiusque Aestu.

Mare quod. 1 MAre nihil aliud est, quam congregatio aquarum salsarum, à qua exeunt, & ad quam flumina reuertuntur. Hæc definitio depromitur ex scriptura, à qua etiã colligitur quod mare fuerit creatum à Deo, sicuti fuerunt creata alia Elementa, & aliæ partes Mundi. *Vnde.*

2 Diuiditur mare in duo, quorum alterum est iuxta Terram, eamque ambit, atque à velocitate appellatur Oceanus, quasi ocior: alterum quod ab ipsa Terra, quia in medio complectitur, appellatur mediterraneum. Hæc duo Maria communicant interse in angustijs freti Erculei, quod percurrit inter Aphricam, & Hispaniam, seu inter Auilam Aphricæ Montem, & alpem Hispaniç qui duo montes Columnæ Erculis appellantur, Oceanũ ab ipsis Columnis velificans in immensum, & circumquaque diffusũ, diuersas mundi Regiones, & varia- *Quotuplex.*

rum

rum gétium littora aberrans diuersa nomina sortitur, vnde dictus est Atlanticus, Indicus, Persicus, Germanicus. Mediterraneum uerò Mare, ab ipsis columnis per mediam Terram transiens etiam diuersa nomina sortitur ab ipsis littoribus diuersis ideoque dicitur Gallicum Ligusticũ Tirrenum siue Mare Toscum, siue Mare Inferum ad distinctionem Adriatici Maris, quod vocatur superum.

3 Difficultas hic potest esse de Mare Caspio vnde habeat Originē, cum omnia alia habeant communicationem inter se, & solum Caspium sit ex omni parte Terra Circumdatum, vt ait Aristoteles, cui suffragatur etiā Ptholemæus in sua Geographia lib. 7. cap. 5. dicens Hircanum Mare, quod est Caspium, dicitur à Caspijs, seu Hircanis montibus inter quos iacet, & ab omnibus partibus obsidetur. Scriptores communiter vt Plinius, Solinus, Strabo dicunt hoc Mare non ducere originem ab alio, & confirmatur ex Testimonio eorũ qui hac nostra ætate Vniuersum ferè Terrarum orbem perlustrarunt, itaque in hac sententia Mare Caspium non tam est Mare, quam Lacus fluminis incursum stagnans; sed vt meā proferam sentētiā dico Mare Caspiũ habere communicationem cum alijs *Omnia maria communicant.*

Etiam Caspiū

per subterraneos meatus. Primo quia semper augeretur magis ac magis per aquarum Copiam fluminum ibi terminantium. Secundo quia sicuti Insula intra Mare vnitur cum alijs partibus Terræ, ità cum Mare Caspium sit Insula Maris intra Terram vnitur cum Mare per subterraneos cuniculos.

salsum Snid.

4 Salsedo Maris vnde habeatur difficillimum est statuere. Aliqui volunt quod veniat ex permistione exhalationum, sed hoc est contra experientiam, nam si salsa distillentur, exhalationes non remanent salsæ, & hoc non solum per experientiam, sed per rationem probatur quia Sal est quid Terreum, sed quæ stillantur, segregātur à Terreo, quod remanet, ergo non potest remanere salsedo in ipsa exhalatione. Aliqui alij volunt, quod Mare sit salsum ex permistione salis, quod reperitur in Phodinis, sed hoc videtur improbabile, quia etiam si tota Terra esset Plena Salinis non posset reddere salsam tam ingentem copiam aquarum Itaque mihi videtur magis probabile, quod aqua Marina sit salsa, quia ita ab initio creata fuit à Deo, ad hoc vt conseruetur in Eternum quia etiam si vsque ad finem Mundi possit conseruari aqua Marina, absque eo quod putrescat, per motum

Salsedo vnde.

tamen, quia in fine Mundi cessat omnis motus corrumperetur aqua si non esset salsa. Et non est improbabile quod Mare perduret in Eternum, sicut, & Terra, & cetera elementa, & Cælum, forsan vt Mundus inferior sit habitaculum eorum, qui absque Baptismo recesserunt é vita in ipsa infantia. *An mare, & terra aeterna.*

5 Quam plurimi motus obseruantur in Mare, non loquendo de motibus incertis, & varijs ab incostantissima diuersorum agitatione ventorũ dependẽtibus Tres præcipuè regulares numerantur: Vnus à Septentrione in Austrum; alter ab Oriente in Occidentem; tertius est motus æstus, seu augumentationis, & diminutionis. Motus à Septentrione in Austrum potest euenire quia sub Zona Torrida cum radij Solares sint feruentissimi maximam copiã aquarum eleuant in Vapores, sed cum aquæ Septentrionales per absentiam Solis, non ita euaporent remanent altiores, quam illæ sub Zona Torrida, ergo Septentrionales naturali suo pondere deorsum ad Zonam Torridam feruntur, & hic motus aquarum vocatur motus librationis qui consistit in hoc, vt aquæ in superficie sint æque distantes à Centro, sed cum superficies aquæ sub Zona Torrida sit magis propinqua *Quotuplex motus.* *à septentrione in Austrũ.* *Motus librationis qui.*

Centro propter nimiam Euaporationem, & superficies aquæ septentrionalis magis distet à Centro, cum ibi non sit tanta Euaporatio, ideo datur iste motus librationis vt tota superficies æquè distet à Centro. Potest etiam prouenire, quia partes Terræ septentrionales sint altiores, & demissiores partes australes, & si nõ ex altioribus partibus terræ saltẽ ex altioribus partibus aquæ propter flumina redundantia ex frequentia pluuiarum, quæ non ità accidunt sub Zona Torrida, sed quomodocumque proueniat ista maior altitudo superficiei in vna parte, quam in alia, certè motus est librationis, & hoc ex natura sua vt patet. Ex istis rationibus potest dici quod proueniat alter motus, ab oriente scilicet in Occidentem, qui non potest prouenire, vt aliqui putant à motu rapto Cæli, quod secum ferat & aerem; & aquam, quia si hoc esset, semper experiretur validissimus ventus.

Ab Oriẽte in Occidẽtem.

6 Maior difficultas est in explicando vnde proueniat Æstus, cum non semper se habeat eodem modo in quocumque loco, & eodem tempore, nam in fine Adriatici prope Venetias est validissimus Æstus, non ita in opposita parte. Mare Mediterraneum ad Columnas Erculeas versus

Æstus varius quoad loca.

sus per littora Etruriæ, Liguriæ Galliæ Narbonensis æstuare non videtur, & vix sensibilis est æstus, sed in littore Aphricæ ex aduerso Italiæ videtur magna intumescentia. In Oceano autem ad Littora Flandriæ, Brittanniæ, Olandiæ, Africæ est maximus æstus, ita vt in littoribus Angliæ videatur Aqua exurgere per ottoginta cubitos: In littoribus verò oppositis respicientibus Orientem circa Cubam insulam vix est sensibilis æstus.

7 Est varia hæc intumescentia, & decrescentia, nam in Adriatico duodecim horarum spatio ità agitatur vt sex horis ab ortu Lunæ fluat & sex alijs refluat. Mare Ethiopicum dicitur quatuor horis fluere, & octo refluere. Mare ad caput rubrum per quinquaginta, vel sexaginta millia passuum octo horis excrescit, & quatuor horis imminu tur. Oceanus Aquitannicus intrat fauces Garumnæ Septenis horis mox recedit quinis.

Varius quoad tempus.

8 Aliqui volunt, & est communissima sententia, quod talis æstus proueniat à Luna, & à syderibus, & probant sententiam, quia est valde vniformis talis æstus aquarum cum motu Lunæ, nam non solum crescit aqua in Adriatico quando

Non prouenit à Luna.

apparet Luna in Oroscopo vsque dum perueniat ad medium Cælum, & decrescat dum à medio Cælo ad Occidentem tendit, sed etiam, quia in ipso plenilunio magis augetur, quàm etiam in ipsis æquinoctialibus punctis, ergo signum est quod æstus proueniat à Luna, & à Coelo.

9 Sed contra est quia æstus est augumentum, & decrementum aquę: sed Luna non potest dare tale augumentum, & decrementum, nam Luna non dat maiorem, & minorem copiam aquæ, sicuti accidit in æstuatione. Posset aliquis respōdere quod hoc facit per concitationem humiditatum, & vaporum, sed hoc non potest dici quia in vnaquaque aqua potest facere hanc excitationem, & sic in vnaquaque aqua esset ęstus, quod est contra experientiam. Nam Fontes non æstuant, & Mare non eodem modo fluit, & refluit. Contra 2. quia eodem modo proportionaliter influit Luna in vna parte Maris, ac in altera, sed in vna parte Maris non est tanta decrescentia, neque tanta attollentia aquæ neque tot horis crescit, quot decrescit, ergo signum est quod nō habetur penitus à Luna, & à Cælo, quorum motus regulares sunt, & ordinati; & non ità regularis, & ordinatus æstus vt vidimus.

Occurritur responsioni.

Opi-

10 Opinor itaque, quod æstus Marinus proueniat ex communicatione quæ videtur, & ex communicatione quæ non videtur per Cauitates subterraneas omnium aquarum inter se. Et ratio est quia vt vidimus supra, aquæ mouentur à Septentrione in Austrum, & ab Oriente in Occidentem; ergo ex isto motu potest prouenire æstus; nam experientia patet quod quando Mare Oceanum fluit in Mare Mediterraneum, hoc crescit, & quando Mediterraneum refluit in Oceanum decrescit. Sed hoc potest accidere etiam per communicationem subterraneam cum alijs aquis, nam quanto magis habetur participatio, tanto magis crescit, & quando demittit per alios cuniculos decrescit, sed quia potest accidere quod aliquod Mare dum defluit tot horis, ex aduentu maioris copiæ aquę minori tempore crescat, ergo ab ista communicatione aquarum potest optimè explicari æstus commodè, quia hoc modo exprimitur quod fit ex maiori, & minori copia aquæ. Et suadetur quia ex vna parte semper datur motus in aqua, & ex altera parte data intumescentia ex vna parte, debet dari etiam detumescentia, cum non solum habeant terminos vltra quos extendi non possunt, sed etiā motus librationis

A quo proueniat æstus.

naturaliter debet dari etiam detumescentia. Accedit, quod si eueniret ab influxu Lunæ, & Cælorum solum appareret æstus potius in superficie Maris, quam in fundo, sed oculati testes asserunt talem motum & accretionem à fundo Maris prius exoriri, ergo signum est quod fit à tali communicatione aquarum.

11 Non nego penitus, quod etiã influxus Astrorum, & Cæli augeãt, vel minuant aliquo modo æstum. Luna enim in Plenilunio cum validius influat potest concitare maiori vi & ipsam aquam, & Euaporationem, ideoque potest minuere, & augere æstum. Sic etiam dũ sol est in punctis Equinoctialibus cum sit in maiori vi respectu Zonę Torridæ, potest etiam facere, vt sint excitati Maximi æstus, ideo potest dici, quod etiã Cęlum, & sydera concurrant, sed remotè, nam causa proxima, & vera non est nisi maior, & minor communicatio aquarum inter se causata à motibus varijs.

Remotè à Cælo aliquo modo.

A quo proprie.

12 Hinc patet quod ęstus non sit respirâtio Animalis, vt stoici volebant ponentes Terram esse Animal magnum, quod respirando deprimat Mare per atttactionem Spirituum, & attollit Mare quãdo emittit Spiritum. Neque fiat per motum Terræ iuxta opinionem Coper-

nici,

nici; quia supra reiecimus talem opinionem, & etiam quia singulis diebus, & eisdem horis deberet incipere, & desinere Æstus, sicut eodem tempore est motus Terræ, & tamé apparet contrarium. Neque fiat ab intelligentia vel à Deo, quia non est Phylosophicum, cum aliunde possit bene explicari per causam naturalem, vt vidimus, & explicuimus supra. Neque per ebullitionem, quia aquæ essent calidiores.

13 Restat explicare vnde proueniat nausea in Nauigantibus, quæ tanta est aliquando, vt non solum stomacum faciat, sed etiam multoties vomitum promoueat. Aliqui volunt quod sit ab exhalationibus salsis. Sed contra primo est quia hoc modo etiã illi qui sunt ad Riuam excitarentur ad Vomitum. Secundo quia solum nauigantes per mare sentirent hunc effectum, sed sentiunt & similem effectum, qui nauigant per flumina ergo non prouenit ab exahalationibus salsis. Melius itaque explicatur si hunc effectum ad motum irregularem refundemus, nam per illum motum concitantur humores, qui sũt in ventriculo, ideoque regurgitant, quod suadetur ex dupplici ratione: primo quia quanto leuior est motus, tanto minorem sensationem efficit, adeoque minorem nauseam parit, vt *Vomitus in nauigatione.*

accidit quando datis velis Nauis perfertur à Vento qui est motus quasi insensibilis, quanto vero maior est impulsus, tanto est maior sensatio, & maior concitatio humorum, vt accidit dum Nauis remis impellitur. Secundò quia etiam qui est in curru, patitur eamdem affectionem, ergo signum est quod prouenit à motu irregulari.

cur non omnibus.

14 Verum quidem est quod non omnes patiuntur similem effectum, vel quia sunt assueti, vel quia dispositio in ventriculo est dissimilis, vel quia se conformant tali motui sicuti accidit in illis qui Equitant. Ars .n. Equestris non consistit in alio, quam in conformatione equitis cum motu equorum. Et quod proueniat ex concitatione humorum per motum irregularem patet, quia cum non sint amplius humores in ventriculo non oritur amplius vomitus.

Equestris in quo consistat.

CEN-

CENTILOQ. LXXVII.

De Misti animati subiecto, siue de Anathomia.

ubi.

Primo de partibus corporis humani per Vniuersum currentibus.

1 CVm Mistum animatum ab inanimato distinguatur per hoc præsertim quod vltra statū in quo ponitur dum primo producitur debeatur alius perfectior, vt est v. g. maior corporis moles melior organizatio , & motus à principio intrinseco, ideoque à se ipso: Inanimatis vero, & non viuentibus competit tota perfectio connaturalis in principio productionis , & motus ab auctore naturæ: Ideo mistum animatum non solum vt inanimatum, requirit formam , & subiectum ad sui constitutionem , sed exigit subiectum organizzatum. vt igitur melius in-

Differētia animati ab inanimato.

innotescat operationes animæ prius quam ad formam deueniamus organa rudite: describemus; exactior enim explicatio Anathomistis debetur vt videre est apud Adrianum Spigelium Bruxellensem, apud Andream vexalium, apud Andream Laurentium cum quo vt plurimum procedemus, & nouissimè apud Ioannem veslingium Mindanum. Sed quia partium corporis animati aliquæ reperiuntur in toto fere corpore, aliæ in partibus determinatis; hinc est, quod prius de partibus per vniuersum extensis, postea dicemus de alijs, quæ ad corpus humanum præcipue spectant, nam prinncipale nostrum institutum est hoc inquirere.

Cuticula
Membrana
Infirmus cur Emaciatus
Caro.

a Inter partes, quæ in toto corpore reperiuntur primo loco se offert Cuticula quæ est terminus seu vltima superficies corporis Animalis, ut est Cortex in Planta; secundo loco Membrana, quæ etiam cutis dicitur, & est data vt partes subiectas inuestiat ideoque tunica etiam nuncupatur. Huic vt plurimum sustenditur adeps, cui subsequitur caro, quæ est pabulum caloris innati vt patet in infirmo, qui emaciatus apparet propter calorem febrilem carnem absumentem ratione inediæ. Datur etiam caro ad replendas vacui-

cuitates cæterarum partium, vt non sit difformitas, & est temperamenti humidi, & calidi. Os, quod est temperamenti humidi, & frigidi, est datum à Natura ad Corporis fulcimentum, & vt operationes determinatè, & firmiter fierent, & numerantur in corpore plusquam trecenta. Quò magis est Cauitatibus expers os, eo est durius vt sunt Ossa Leonis, quæ vt Sylex ignem prodũt Cartilago est medium inter naturam Ossis, & Carnis, quia est instituta à Natura præcipuè ad nectendam carnem cum ossibus, sed si non sit tam dura dicitur Ligamen quatenus ligat, & partes carnis inter se, & Cartilaginem ipsam cum carne, & cum ossibus. Imò ipsum Ligamen dicitur Tendo quatenus habet munus extẽdendi, & flectendi membra. Musculus dicitur à Mure quatenus habet caput vnde oriatur; medium Carne Succretum, & caudam vniẽtem Fibras inter se, ideoque dicitur etiam Tendo in Cauda, quæ in tam subtiles partes finitur, vt tenuissimas nectat. Diffunduntur per totum Corpus vsque ad Quingentos, & quinque.

cartilago.

Quot ossa.

ligamẽ.

Tendo.

Musculus.

Quot.

3 Neruorum aliqui intra Cranium, alij extra exortum ducunt. Qui intra Cranium; septem paria numerantur. Primum par sunt Ner-

neruorũ intra craniũ

ui

ui optici, qui in proceſſu ſeiuncti, in medio fere itinere coeunt, vt eſſet communicatio Spirituum, & ne flacceſcerent prius quam ad oculos peruenirent, cum à cerebro longo interuallo originem ducant. Secundũ par eſt neruorum oculos mouentium originemque ducentium à cerebro paulo poſt primum par. Sed ab hoc ſecundo pari erumpunt quam plurimi ramuli primus in Muſculum palpebras aperientem, & oculos attollentem, Secundus in deprimentem, Tertius in adductorem. Quartus in circum agentem diſpergitur. Hoc ſecundum par qui motorij Nerui dicuntur in ſuo exortu continui ſunt, & vnicum quaſi funem conſtituunt, vnde fit vt eodem motu moueatur vterque oculus. Tertium par à Baſi cerebri originem mutuatur in linguæ tunicam inſeritur, ideoque guſtatorium dicitur à Galeno, ſed prius quam eo feratur plurimos promit Surculos, quorum alij ad quoſdam oculorum, & frontis muſculos, alij in muſculos faciei, & temporum, alij ad narium tunicam, & ad dentium radices diſſeminantur, & Hinc eſt tam mirabilis Sympathia muſculorum temporalium, & oculorum. Quartum par à baſi pariter cerebri cum præcedente, ſed Anterius ortum, decurrit in Palatum, & in tunicam

Oculi eodem motu mouentur

Sympathia oculorum & temporum.

cam linguæ ſubtenſam, ideoque guſtui etiam inſeruit. Quintum par è ſpinalis medullæ principio qua parte Cerebello continuum eſt; proficiſcitur, & per meatum auditorium ad Tympanum auris fertur, ibique ramulos quam plurimos ſpargit, e quibus vnus ad Laryngis, & oſſis Hyoidis muſculos excurrit, vnde Aurium, & Linguæ ac Laryngis Sympathia, & hinc fit quod non ſolum qui Surdi ſunt à Natiuitate pariter obmuteſcant, ſed etiam ſi acuto ſtylo auris Membrana attrectetur, ſtatim ſicca tuſſis excitatur Seſtum par quinto paulo inferius exoritur, deſcēdenſque per foramen tertium oſſis temporum cum occipite commune excurrit per omnia fere viſcera Hoc par extra caluariā egrediens, dum ad Iugulum peruenit, ibi in ſurculos tres ſecatur, vnus dexter axillarem arteriam amplectitur, & per eam reflexus aſcendit ad Laryngis muſculos, numeroſoſq. ſed tenues ſpargit ramos : Siniſter verò ob axillaris arteriæ rectitudinem ibi non reflectit ſed maximæ arteriæ truncum, qua parte in deorſum vergit, circumplicat, atque iſti ſunt Nerui qui vocantur recurrentes atque vocales quatenus vocibus inſeruientes. Alter ſurculus per latera coſtarum excurrit, & coſtalis appel-

Surdus à natiuitate etiam mutus.

pellatur. Tertius tandem surculus insignior ad Ventriculum fertur stomaticus dictus cuius beneficio tam exquisito sensu pollet stomachus, atque in eo appetitus ponitur à Medicis. Septimum par tandem ab occipitio, & Spinali Medulla ortum habens in linguæ, vt eã moueat, & Laryngis musculos effert.

Stomaticus vbi appetitus

4 Neruorum qui extra Craniũ à medulla spinali suos ortus habent, differunt ab illis qui intra Cranium sunt perduritiem, nam exteriores duriores sunt, & triginta paria numerantur. Septem scilicet Ceruicis; duodecim dorsi, quinque lumborum, & sex ossis sacri Ceruicis primum par ramo posteriore inseritur in paruos occipitis, & vertebrarum musculos, anteriore vero in musculos substratos Exophago. Secundum par ramo posteriore disseminatur per fere totam regionem musculorum communium Secundæ vertebræ, & occipiti, priore autem per fere totam cutem faciei. Tertium par in duos ramulos diuisum anterior in musculos Collum flectentes sed posterior in musculos Collum, & caput extendentes inferitur. Quartum par minore ceruicis musculos irrepit, maiore tamé musculos bracchium, & Scapulas attollentes quin etiam Diaphragma. Quintum par ex quar-

Nerui extra Craniũ

quartæ, & quintæ vertebræ articulo prosiliens ramo posteriori in posticos ceruicis musculos, at anteriori in diaphragma, bracchium, & scapulæ musculos peruenit. Sestum par fere idem percurrit Septimum tandem maiore ramo in bracchium, & multoties ad Diaphragma distenditur posteriore vero in posticos musculos. Et quia ex quatuor vltimis paribus quatuor nerui ad Diaphragma deferuntur, ideo non est mira eius, & cerebri simpatia.

Sympathia cerebri cũ diaphragmate.

5 Dorsi duodecim paria, quorũ primum anteriore ramo in bracchiũ posteriore uero in Thoracis musculos fertur, Secundum par eodem modo: Decem paria anteriori parte ad singula costarum spatia transmittuntur, posteriore tandem ad musculos Thoraci subiectos.

6 Lumborum quinque paria, quorum posteriores rami in Rachitas musculos posteriores vero in abdominis, fæmorisque intestinos musculos, atque in testes deueniunt.

7 Ossis Sacri sex paria, quæ partim in fæmur, partim in musculos vicinos, & cutem disseminantur, quin etiam in Collum vteri in mulieribus, & penem in viris.

8 Omnis Nerui est quædã pars rotunda dura, & solida, sed flectibilis, habetque tres partes, exterior du-

durissima, quæ prouenit à membrana Cerebri exteriori, quæ dicitur dura Mater, secunda minus dura quæ originem ducit ab altera membrana cerebri pia Mater nuncupata. Tertia adhuc minus dura similis medullis, & simili compositione constat spinalis medulla, sed quia nerui olfactoris principium ducentes à Cerebri basi, & in extremitatibus sui mamillares partes exprimentes quæ partes Mamillares quanto ampliores sunt eo maiorem uim odoratiuam habent, tres illas partes non habent, ideo inter neruos non numerantur. Restaret dicere de Neruis extremarum partium, sed infra suo loco.

nemorũ substantia.

Maior uis olfactiua.

4 Venæ quamuis sæpé sæpius apud Veteres eum Arterijs confundantur, Auicenna enim Arterias appellat Venas pulsatiles, & Tullius venas micantes Distinguuntur tamẽ per structuram, per motum, & per vsum. Structura, quia vena tunicam habet tenuem, sed Arteria crassissimam, sex vel septuplo maiorem. per motum quia arteria motu agitatur non vero vena: per vsum tamdẽ nam arteria vitalem defert Spiritũ, cum sanguine tenuissimo; vena è cõtra Spiritum, & sanguinem Crassiorem. Igitur vena est vas sanguinis duas tunicas habens vna exterior est

Arteria quid.

Vena quid.

&

& communis, alia propria, & filacia quatenus constat tenuissimis, fibris; non solum sanguinem conseruat, verum etiam distribuit , & cum ipso calorem, & spiritum, quinimmo alterat, seu magis purgat in aliquibus locis. Vsus enim emulgentium est scrosum humorem deducere Spermaticarum semen præparare ; messaraicarum Chylum' inhepar trasportare segregando à fecibus, venarum vteri inmulieribus sanguinem certis periodis excernere splenicarum facultatum sanguinem expurgare &c. *Officia.*

10 Quinque præcipue sunt venæ ità nominatæ videlicet vena Caua, vena porta , vena vmbilicalis , vena arteriosa, & Arteria venosa. *Venæ quot.* Vena Caua omnium amplissima ex conuexis Epatis prosiliens in omnes fere partes corporis diffunditur: porta ex concauis Epatis emergit in ventriculum , Lyenem , intestina, Epiploon dispergitur , vmbilicalis à scissura hepatis advmbilicum fertur ad asportandum Alimentum Puello in vtero, sed edito Animali in ligamentum degenerat Vena arteriosa tota in Pulmonem abit. Arteria autem venosa per totam carnem pulmonum spargitur. Hic venarum numerus secundum Andream Laurentium ad duas tantumvenas refertur,

tur ad Canam scilicet,& Portam: nam vmbilicalis assertur propago portæ: Arteria vero venosa soboles Cauæ: vena tandem Arteriosa ab aorta asseritur descendere, atq; idem Aictor censet, quod vtriusque principalioris venæ radices per Iecoris carnem confusæ spargatur sed longe plures portæ radices incedant per Caua Iecoris pauciores per connexa: è contra plures radices venæ Cauæ feruntur per conuexa, & pauciores per caua Iecoris itaut veri simile sit non solum à Caua in portâ & è contra facile sanguinem trasmeare, vt vult etiam Aristotiles secundo de partibus Animalium, quod venę omnes aliquo modo continuantur, verum etiam sanguificationem potius inconcauis fieri; perfectionem vero, & distrubutionem potius in conuexis hepatis.

Distributio.

11 Radices venæ portæ per vniuersum hepatis corpus diffusæ in vnum desinunt truncum, & prius quam in duos pregrandes ramos diuidatur quatuor emittit Surculos in parte descendenti. Vnus Cysticus dicitur ex suprema trunci parte ortus invexiculam felleam desinit. Alter Gastricus in ventriculum venulas spargit alter ab eodem Laurentio appellatur Gastrepiploicus, & fundum ventriculi dextrum, & Epiploö spar-

Cistica fellea.

spargit: postremus intestinalis dictus quia excurrit per duodeni intestini longitudinem; post effusionem horum Ramusculorum in duas insignes partes diuiditur quarum altera tenuior, & sinistra splenica nuncupatur quatenus ad lienem fere tota feratur, altera vero humilior, & amplior, & dextera messenterica appellatur quatenus tota exhauritur in Messenterico, & intestinis. Splenicus ille ramus iam dictus sinister, quatuor Surculis fruticatur, Gastrico scilicet minore, qui in gibbam ventriculi partem distribuitur, Epiploico dextro, qui in dextram partem inferioris Epiploi surculos perducit, & aliquos etiam ad Colum intestinum, Coronario stomatico qui ad imam ventriculi partem peruenit, ibique bifariam subdiuiditur, & priore Ramo Orificium ventriculi superius quasi Corona cingit, altero verò ad Pylorum descendit: Epiploico denique posteriore, qui non solum ad Epiploum posticum sed etiam ad Coli partem dorso cõmissam frutices spargit. Ramus amplior messentericus iam explicatus varios etiam riuos effundit quorum præcipui tres sunt, videlicet Hemorroidalis, cæcalis, & Messentericus. Primus per extrema Coli atque recti intestini longitudinem adanum

ex mes. sẽterica

Hemorroidalis

vsque fertur, atque eum ramulis orbiculariter cingit; hic est quæ hemorroidas parit, & per quem sanguis malencholicus laxatur ad obstructionem lyenis subleuandam. Secundus ad cæcum intestinum fertur. Postremus tandem quàm plures surculos diffundit inter duas intestinorum tunicas.

Vena Caua descendentis.

12 *Vena Caua* ab hepate exiliés in duos ramos diuiditur inferiorem scilicet seu descendentem, & Superiorem seu ascendentem. Descendens ad Ossis Sacri initium, & vsque ad Hylia excurrit, sed prius quam illuc accedat quinque surculis scinditur Adiposo scilicet renali spermatico lumbari, & musculoso. Adiposus ad interiorem tunicam Renum fertur. Renalis ad renes, & Emulgens appellatur quatenus serosum humorem è sanguine emulgeat, vt euacuet, & dupplex est. Spermatica vena præparat materiam seminis, eamque ad testes deducit: Dextera à trunco immediatè, sinistra tamen ab emulgente prouenit. Hinc euenit quod Dextrum semen calidius, & fortius, ideoque mares à dextris, & in dextris procreari dicuntur sinistrum vero semen serosis, & frigidius, atque sic fæmina à sinistris, & in sinistris generatur. Ambæ duæ venæ Spermaticæ in viris ad testes ferun-

Cur mares à dextris.

Cur femina à sinistris

runtur, in mulieribus verò vna portio ad testes altera ad vteri fundum. Lumbaris vena lumborum vertebras, & spinalem medullam irrigat. Musculosa tandem in lumbares, & abdominis musculos Rorem diffundit. His emissis surculis truncus descendens in duos insignes Ramos scinditur Hyliacos dictos, & in tali diuisione vena cedit arteriæ magnæ eique subijcitur ne duritie, & continuo motu ossis dorsi lædatur. Ab vtroque ramo quatuor venæ scaturiunt, sacra videlicet, hypogastrica Epigastrica, & pudenda. Sacra Sacræ vertebræ medullam nutrit Hypogastrica omnes ferè partes in hypogastrico contentas alit, ita vt, & ad vterum eiusque ceruicem, & ad vessicam, & etiam ad extrema intestini recti frutices spargat. Epigastrica in musculos Epigastri tendit, sed præcipue in musculum rectum sursum ad vmbilicum. Huic venæ occurrunt quidam ramuli qui mammarij dicuntur; vnde est tantus consensus vteri, & mammarum. Pudéda tandem uena in viris ad Genitalia fertur in mulieribus vero ad Carnē pudendi. *Sympatia.*

13 Ascendens truncus eiusdem venæ Cauæ vsque ad iugulum peruenit. Diaphragmati primum per

pro-

proprium foramen, deinde membra-
nis inter sepientibus Cordi vnitur
per auriculam dexteram. Quatuor
ab hoc trunco emergunt rami. vide
licet Phrenicus, Coronalis *Azijcos*,
& intercoſtalis. Phrenicus per vni-
uersi Diaphragmatis corpus,& per
cordis inuolucrũ excurrit;coronalis
totã cordis basim,quasiCorona cin-
git atq. eius substãtiã nutrit.*Azycos*
in dextro tantum latere reperitur,&
octo fruticibus octo inferiores co-
stas earumque spatia alit ; Interco-
stalis vero tria aut quatuor superio-
rum costarum spatia irrigat. Post-
quam hos surculos quatuor effude-
rit.truncus venæ Cauæ totus induos
scinditur Ramos quorum pars intra
Thoracem recondita est altera pars
exiliens è Thorace ad Axillas fer-
tur, & dicitur Axillaris Ab illa
parte intra Thoracem occultata
quinque oriuntur venulæ videlicet
mammaria quæ in minori parte
mammas, & Thoracis musculos
spargit,maiori tamen parte ad inte-
riorem musculi recti portionem ;
Thymica quæ non solum per glan-
dosum corpus timum vocatum, sed
etiam per intersepientes membranas
currit : Capsularis quæ per cordis
innolucrum fertur. Ceruicalis emi-
cat in Cerebrum, & vicinos muscu-
los alit: musculа denique quæ in-
mu-

musculos Ceruicis, & summi Thoracis currit.

14 Axillaris, quæ est illa pars Thoracem trasgrediens tres venas parit, videlicet Thoraceam, Basilicam, & Cephalicam. Thoracea vtrinque bina est, quarum vna in mammas, & anteriores Thoracis musculos, altera vero in posticos distribuitur. Basilica per interiorem Cephalica verò per exteriorẽ bracchij partem fertur. Harum propagines infra, dum de partibus extremis agemus, reperies. Idem ramus qui e Thorace prosilit, dum supra Claues emergit, superclauis dicitur à quo duæ venæ procedunt Iugulares externa vna; altera interna. Externa per latera Ceruicis inter cutim, & membranam carnosam in vicinos musculos peruenit, & vbi fauces attingit, bipartitur, & vna pars in laryngis, & linguæ musculis sistit, altera vero subcutanea in vtraque labia, in pindas Narium in frontem, in maiorem oculi angulum propè Nasum, in posteriores partes aurium, & in fere totam faciem disseminatur. Iugularis autem interna, dum per latera Ceruicis ad cerebrum extollitur per Cranij foramina in duræ menyngis sinus ascendit, & spargitur in numeris minutis surculis per Menyngem alteram, & per to-

Ex Axillari Thoracẽ egredienti.

m tum

tum cerebri corpus

15 Arteria ab Aristotile 3. de Hist. Animalium, Aorta dicta vas est in quò Spiritosus sanguis in sinistro cordis ventriculo seu auricula elaboratus communicatus ab altero ventriculo dextero sen auricula ab illo continetur, & distribuitur statim ac e sinistro cordis ventriculo prosilit, ramulum in cordis basim flectit, qui Coronarius dicitur, pol modum truncus ascendens vnum ramum secundum lumborum vertebras, alterum ad iugulum emittit. Hic ramulus ad Iugulum ascendens in duos secatur subclauios dictos dextrum scilicet, & sinistrum; subclauius dexter emittit intercostalem superioré ad CostasSuperiores, mammariam ad musculos mammarum exiguos, musculam in musculos posticos ceruicis; & Ceruicalem, quæ nutrit duriorem membranam, ideoque Caluariæ cauitatem ingressa vsque ad ventriculos, et tandem Carotem, in qua denegato aditu vitali Spiritui apoplesiã excitat. Hæc vna cum iugulari interna ascendens priusquam cranium ingrediatur innumeris fruticibus ad vicinas partes videlicet admaxillam inferiorem, ad mentum, ad linguæ radicem, ad labia, ad temporales musculos, ad Cauitatem dentium, ad Narium amplitu-

Arteria magna seu Aorta.

Vnde apoplesia

tu-

tudinem ſpargitur, A ſubclauio tamē ſiniſtro dum ad Axillas peruenit Axillaris dictus toracica, & baſilica Arteria prodeunt. Thoracia dupplex, altera in Thoracis muſculos anticos, & altera in poſticos ducitur. Baſilica pariter dupplex profunda, & ſubcutanea; vtraque diffundit varios riuulos, ſed ſolum magis notabilis eſt qui in Carpo ſentitur, vbi pulſuum differentiæ notantur, atque hic ramus baſilica ſubcutanea appellatur.

16 Arteria deſcendens permeans Diaphragma in ventrem inferiorem Meſſenterium, & in teſtina excurrit. Eius truncus ad ſiniſtram parum declinans, vt Venæ Cauæ per lumbos decurrenti det locum, priuſquam in Ramos diuidatur, inſignes nouem effundit ſurculos nempe intercoſtalem maiorem, quæ octo inferiorum coſtarum ſpatia irrigat, Phrenicum qui per Diaphragma excurrit ad Pericardium vſque. Celiacum quæ fertur per varios ramulos in ventriculum, in omentum, in hepar, in vexiculam felleam, & in lienem. Meſſentericum, qui in partem Superiorem meſſenterij, & in maximā partem coli ducitur. Renalem ſeu emulgentem, qui in renum ſubſtantiam inſeritur, & vt vitalem illuc Spiritum deferat, & vt ſeroſum *Arteria deſcendens.*

humorem expurget; spermaticum qui vterque à trunco exiliens in testes peruenit; messentericum inferiorem, qui in messenteri partem inferiorem in Colon, & in rectum intestinum spargitur, lumbarem qui in lumborum vertebras permeat; musculum tandem qui ad lumbares musculos fertur. Post has diuisiones in duos insignes ramos truncus diuiditur, qui Rami Hyliaci dicuntur; vterque sursum quinq; surculis spargitur: primus later quatuor ad Ossis Sacri medullam fertur; secundus Hypogastricus ita nũcupatus à parte quam irrigat. Tertius vmbilicalis, quatenus ab vmbilico emergit, & isto viuit, & traspirat fœtus in vtero, sed edito fœtu accidit in ista arteria sicuti diximus de vena vmbilicari. Quartus Epigastricus ità dictus à parte irrorata. Quintus tandem pudendus in quantum ad pudenda descẽdit. Hęc arteria vltimo loco numerata dum spumoso sanguine & Spiritu turget penem distendit: ieiunium itaque opportunum frenum, & esculenta temperatà non calida.

Vnde traspiret fætus in vtero.

Vnde titillatio.

17 Idem Ramus Hyliacus ad crura delatus cruralis nuncupatur, & spargitur eo fere modo, quo diximus de venis, sed non est tam subcutaneus, sed profundius insidet.

Cæ-

Cæterum Arteriæ Villis, seu fibris copiosæ sunt, vt Spiritibus decurrẽtibus aliquo modo frenum ponant. Villi enim seu fibræ sunt veluti striæ & tenuissima filamenta ad motum, & carnis texturam fabricata.

CENTILOQ. LXXVIII

De Regione Animali

Seù.

De Capite.

1 CApit est pars corporis præcipua à prima colli vertebra ad uerticem vsque, Regio Animalis inest quia Cerebrum ibi detinetur, cognitionum, rationis que Sedes, atque est motus, & sensus fons, occupat supremam partem tum ad sensuum commodam operationem, vt constat; tum ad extollentiam animæ intel lectiuæ, quæ debet præesse irascibili, & concupiscibili. Rotundum est, quamuis non perfectè, vt sit ictibus minus obnoxium, & commode cerebrum, & cerebellum contineat, ideoque quanto magis angu- *capitis termini*

stum est caput, tanto minus laudabile, cum Spiritus ex modicitate cerebri, & partium cæterarum ita cõfundantur, vt temerarium ingenium sæpe ostendatur Quinimmo materiæ inopiam, & imbecillitatẽ virtutis formatiuæ arguit: Pars capitis quæ capillis tegitur capillaria dicitur, sed quæ capillis est expers facies seu vultus. Capillaria quadrupplicem diuisionem patitur, nempe anteriorem, quæ humidissima est, Syn- *Sinciput* ciput dicitur quasi summum caput; posticam quæ fibrosa, & neruosa est, & occiput appellatur; inter oc- *occiput.* ciput, & synciput, quæ mediat, vertex nuncupatur, quia ibi capilli in girum conuertuntur; laterales denique quæ tempora dicuntur, quatenus Canitiem ætatis tempora produnt.

Capilli. 2 Capilli seu pili generantur ex excremento tertiæ coctionis, ideoque est vapor fuliginosus ex matè- *Colores* ria Terrea, & crassa admixto humido viscoso exalans per cutim, & in ipsa adhæret, præseferendo colorem humoris prædominantis, & sic biliosi flauum colorem, pituitosi album, malencholici nigrum proferunt. Causa efficiens est calor euaporans, finalis est tegumentum, & formositas. Varij effectus accidunt in capillis, & primo canities, quæ potest pro-

prouenire primo ex defectu caloris non conquoquentis materiam, atque iste defectus caloris ex multis potest accidere, vel naturaliter vel ex vehementi applicatione etiam in rebus venereis; vel ex timore quo calor ad partes vitales currit. Secundo ex nimia ſiccitate. Alter effectus est defluxus capillorum quando homines caluescunt, cuius causa est defectus calidi, & pinguis humoris aut etiam quia cutis nimis durescit.

canities

Caluities.

3 Prætermiſſa explicatione Cuticulæ, cutis, & aliorum comunium quæ diximus ſupra, se offert pericranium quod est dura membrana, quæ vnitur Cranio per aliam membranam tenuiorem, quæ dicitur Periostion idest circa os.

pericranium.

4 Cranium quod galea cerebri dicitur, & caluaria est os valde durum, ſed durius in posteriori quam in anteriori parte, habet multos cuniculos, & foramina, vt ſuccum trahat, & uapores fuliginoſos euaporet, ſed quia in homine ſunt plures vapores quia plus calidi, ideoque plures ſuturæ regulariter in hominibus quam in feminis numerantur: & hinc est quod mulieres in capite maiora pondera ferunt, quam homines: ſuturæ tres; numerantur præcipuè prima coronalis quæ est in vertice capitis per trasuerſum. Secunda

Craniũ ſeu caluaria.

da lambdoidis, quæ a summitate in anteriorem partem descendit. Tertia sagittalis ad modum sagittæ quæ à coronali ad apicem lambdoidis desinit, & hæc tertia portio est in viro. Ex istis igitur tribus suturis habentur octo ossa: alterum est os frontis, Syncipitis duo: alia duo temporum quæ petrosa dicuntur: occipitis vnum: alterum est os Palati quod basilare vt basis cranij, seu sphenoidæ, vel colatorium appellatur in quantum est infundo, & habet duo foramina in palatum expurgantia pituitosam materiam cerebri: Octauum os est Ethmoide idest spongiosum, & cribrosum inmedia frontis basi àd summam nasi radicem fertur, pars cribrosa interior est, spongiosa verè Cauitatem narium opplet.

Octo Ossa. capitis.

5 Infra Cranium sunt duæ mẽbranæ seu meninges, quarum altera immediata post Cranium dura mater appellatur; altera post duram Matrem cerebrum, & cerebellum immediatè tegens, dicitur pia Mater, quæ non solum diuidit cerebrũ, quod est in parte anteriori à cerebello quod est in parte posteriori dupplicatione meningis, verum etiam diuidit cerebrum ipsum ad medietatẽ vsque idest vsqne ad callosum corpus, ad modum falcis secat in duas

Meninges. seu mẽbrana dua

duas partes in dextram ſcilicet, & ſiniſtram vt poſſit tali diuiſione meninges illa ſuppetere, & ſibi, & cerebro atque cerebello nutrimentum ex plexu choroides, venarum ſcilicet Arteriarumque textura labyrinthæa. In medio cerebri eſt pars durior, in qua parte vnitur vtraque pars cerebri cũ cerebello, quod eſt decuplo minus cerebro: propter duritiem illa pars cerebri in medio cerebri calloſa appellatur; ſed lucida eſt, & caua clarum humorem continens, vt Spiritus puriores euadant. Inde in anteriori parte ſunt duo proceſſus mamillares veluti duo canales ad Nares vſque, vt excrementa expurgentur. in principio proceſſuum mamillarium ſunt duo ſinus qui terminantur ad alium quemdam ſinum, quem infundibulum vocant deorſum in quo in eſt glandula pituitoſa quæ ad modũ ſpongiæ iſtillat in Palatum pituitam, & excrementum expulſum à cerebro per iſpirationem, & expirationem factas in dupplici illo ſinu. Infra camareon quia ad modum cameræ adeſt, & ſubſtentando quaſi tribus columnis cerebrum facit tres arcus, poſteriores duos, vnum ante: ab hoc ſinu patet proceſſus ad alium in vltima cerebelli parte, quæ dicitur vermiformis, pertingens ad medullam ſpina-

Falx.

calloſa pars.

Sinus.

Camareon.

nalem, & hic processus dicitur calamus vallatus quibusdam partibus quæ nates, sub quibus aliæ duæ quæ testes nuncupantur.

Cerebr. 6 Substantia cerebri interior est subalba, & quasi florida; exterior autem aliquanto durior, & nigra ex calore Spirituum exhalantium à corde. *Natura* Naturæ frigidissimæ cerebrum est ut refrigeret Spiritus à corde efferuescente prouenientes calidissimos, atque sic quanto plus caloris, adeoq. sanguinis, & Spiritus est in animali, eo plus cerebri est, ideoq. in homine est plus cerebri quam in *Motus* alio Animali data paritate corporis. Motus Systoles, & Diastoles hoc est compressionis, & dilatationis reperitur in Cerebro vt constat ex infantibus recenter natis in *Sternutatio.* sucipite, talis motus datur vt possit recipere: respirationes vel per os vel per Nares ad refrigerandos Spiritus qui si sint aliquando noxij expelluntur per sternutationem, quæ nihil est *Tussis.* aliud, quam cerebrum contrahi adeoque excitare virtutem expulsi- *Syngultus.* uam ad expellendos noxios humores, vt est Tussis in Thorace, & in ventre inferiore Singultus.

7 Ex cerebri, & Cerebelli substantia oritur Spinalis medulla quæ cerebrum oblongum ab aliquibus nuncupatur, & ex ipsa spinalis

me-

medulla omnes ferè nerui in corpus inferius distenduntur: Velata enim spinalis medulla à tenui membrana, & hæc à dura, & crassa, postquam ex amplo foramine occipitis prosilierit per vertebras, paulatim amissa substantia medullæ, dum ad fines dorsi peruenit in funiculos, & filamenta quasi cauda Equina absumitur, quia in ea parte maximè curuatur Spina.

Spinalis Medulla

Cauda Equinæ.

8 Vultus suprema pars est frons à ferendo dicta quatenus profert animi passiones, ideoque qui verecundiam abiecerunt, fronte perfricasse dicuntur. Frontis extremitates hirsutæ supercilia sunt crassa cuti contexta ad defensionem oculorum, à quibus vt facilè deflectant quæ à fronte, & à capite fleuunt extrinsecus obliqua adest insertio pilorum, sed vt tutius oculis precaueret natura, constituit palpebras, quæ cartilaginosæ, & musculosæ sunt, vt contrahi, & moueri facile possint. In extremitatibus pilosæ sunt palpebræ, vt quasi propugnacula oculos defendant ab incursione minutorum quæ sæpè sæpius occurrunt; Quinimmo palpebræ sunt constitutæ vt ex earum occlusione visus recreetur.

Frons.

Supercilia.

Palpebræ.

9. Palpebris oculi succedunt, quorum figura rotunda est, sed piramidalis,

Oculi. dalis, cuius basis extra, conus autem ad neruum opticum intra, & in tantum tali figura præditi sunt, in quantum aptior est ad capacitatem, robur, & agilitatem. Duo sunt, quia vbi natura potuit commodè, geminas fecit partes corporis, vt ostendunt pedes, manus, aures, Nares: cum hac tamen differentia quod

Cur gemini vnum membrum potest moueri fixo altero, vel diuerso motu mouetur vt patet in manibus pedibus, at in oculis non ita, quia idem motus qui fit ab vno oculo fit etiam ab altero, nam nerui oculos mouentes in exortu continui sunt. Adde etiam quia in eodemplano debent locari oculi, ne obiectum vnum geminatum videatur.

10 Oculorum Tunicæ ab Andrea Laurentio numerantur sex.

Oculorũ tunicæ. Prima coniunctiua seu adnata quæ oculum vicinis partibus alligat ne in motu exorbitet. Nascitur ex oris pericranij, & extenditur vsque ad iridem oculi, ibique circulum facit, & albedinem oculi ostendit. Seccunda Cornea seu Scerotes. Cornea dicitur quia sumit vocabulum à duritie, & à claritate, sicuti subtilissima lamina Cornea per laternas obducta secundum partem anteriorem Cornea dicitur, secundum partem vero posteriorem sclerotes quæ pro-

uenit à dura cerebri membrana. Tertia Vuea quæ introrsum nigrescit, vt Spiritus visuales magis vniat. prouenit à pia Meninge vsque ad oculum ibique expanditur in figuram globosam adhærendo Tunicæ Corneæ vsque ad Iridem, sed ibi incipit separari, & per se consistere, & in hac parte habet foramē quoddam paruum quod appellatur Pupilla, ex eo quod in ipsa appareat quasi Pupa quæ est imago inspicientis, & propter similitudinem quam habet cum grano vuæ vuea dicitur. ex ista tunica denominantur oculi colorati, siquidem color istius Tunicæ efficit circa pupillā circulum in girum maiorem coloratum, qui Iris nuncupatur. Hæc tunica dat alimentum corneæ, quæ nullo modo admittit nec colorem, nec venulas. Quarta Aranea, quæ tenuissima humorem ambit Chrystallinum, & vnit vicinis partibus per processum Ciliarem. Quinta Vitrea, quæ subtilissima vitreum humorem inuoluit, & ex hac Tunica ad vueam protenduntur processus Ciliares, vt Chrystallinum humorē alliget partibus vicinis, & humorem aqueum à vitreo secernat. Hic processus Ciliaris, choroidis nomē sortitur, habetque vim extendendi seu contrahendi foramen vueæ ad acuendum visum.

Vuea. *Pupilla* *Iris.* *Aranea* *Vitrea.*

sum. Sesta tandem retiformis seu reticularis, quæ à substantia cerebri per canalem vbi ad oculum pertingit, in figuram paulo maiorem semisphericam secatur. Retina dicitur quia habet innumera filamenta ad modum retis contexta. A Ioāne Veslingeo post primam tunicam adnatam scilicet, additur altera, quæ innominata est protensa super Corneam ad Iridem vsque.

Retina

Innominata.

11 Tres humores continentur in oculo. Alter Aqueus qui occupat spatium interceptum inter Corneam tunicam, & inter partem vueæ per se consistentem. Sed quia retina non occupat totum locum, igitur ubi ipsa desinit, incipiunt quidam ueluti Pili, seu pelliculæ contextæ multis filamentis, quibus in medio è regione foraminis manet ueluti pendulus secundus humor nempe Chrystallinus, cuius figura in parte anteriori est Lenticulæ, in parte uero posteriori est figuræ parabolicæ. Quidquid spatij remanet ab humore Chrystallino usque ad retinam expletur à tertio humore nempe Vitreo qui est, minus durus Chrystallino, sed magis aqueo.

Chrystallinus.

Vitreus

12 Auris pars externa Auricula appellata Cartilaginea, semicircularem figuram ad modum Antri excauatam habet: in tantum natura pro-

Auricula.

prominentem fecit, & in quantum est adornatum, & in quantum melius sonum excipit, prætergredienti enim aere impulso à sono ab auricula eminente reflexo ad meatum ingresso auditus efficitur: Hinc est quod apponitur manus concaua post aurem vt acutior fiat auditus, & non tam facilè prætereat sonus. Superior pars auriculæ dicitur Ala, seu pinna. Concauum internum dicitur concula, sed in illa parte in qua sordes manent aluearium appellatur ibique sordes insident, ut ait Cicero 2. de natura Deorum ad Animalia importuna retinenda ut in Visco, ne ulterius ad auditorium deturbandum irrumpant, ut sæpe sæpius accidit inter dormiendũ pulcibus. Pars infima auriculæ est lobus. Interna Auris in osse petroso posita quatuor meatus habet. Primus semper patens auditorius dicitur, cuius figura tortuosa rotunda Angusta, & oblique sursum tendit; in eius extremitate membrana quædam extensa situata in est, & Tympanum appellatur, cuius ortus est adura Meninge. Post tympanum est secundus meatus, in quo continetur àèr congenitus, seu uernaculus quin etiam tria ossicula, malleus scilicet, Incus, & stapes. Malleus appensus longiore processu, uberiore uero in-

Cur prominens

Aluearium.

Lobus

Tympanum.

malleus

Incus. incudini inhæret. Incus minore processu Tympano adhæret, & longiore stapedi in parte acutiore, pars .n. *Stapes.* amplior stapedis in fenestra Oueali insidet, & hæc fenestra ad labyrintum, & est tertius meatus, protendit: altera autem fenestra decliuior, ab aliquibus innominata, sed a Io: veslingeo Rotunda dicta ad principiũ Clocheæ ducit, & est quartus meatus. Apparet in secundo meatu Canalis tenuis usque ad palatum, ut expurgentur excrementa, & aer innatus à uehementiore extraneo non discutiatur. Quinimmo recreetur per inspirationem. Illa tria Officula recensita Tympano implicantur ope cuiusdam cordæ tenuissimæ qui neruus auditoruis appellatus ductus à quinto pari totam membranam perinde ac neruus militari Tympano extenditur, ut imagines soni ad sensum communem ducat. Post aures immediatè, sed paulo infra, sunt *Parotides.* glandulæ, quæ parotides nuncupatæ emunctoria sunt cerebri.

13 In Naso, in quo adsunt ossa ab Ethmoide ducta diuisa per foramina, non est cur immoremur, nam explicuimus principaliores partes nempe Cribrosam, spongiosam, & processus mamillares eorum que usus supra nu. 4. & 5.

14 Inter aurem, & oculum pro-

prominet paulo inferius pars quæ malum ex simili colore appellatur, inferius subsequuntur maxillæ supe rior, & inferior, sed superior undecim ossibus composita immobilis persistit, inferior autem mobilis duobus constat ossibus vnitis in mento. Ambæ sunt perforatæ ad recipiendos dentes qui ut firmius maneant sunt obductæ gengiuis immobilibus. *Malum* *inferior*

15 Dentes quasi edentes triginta, & etiam aliquando triginta duo numerantur. Alij incisores, duo Canini, seu Oculares, quatenus neruulus ab illis ad oculos tendit, ideoque periculosi in auulsione: Reliqui molares. Circa trigesimum annum, seu post quartum Septenarium duo alij dentes molares erumpunt qui uocantur. Dentes Sapientiæ, quia ut ait Hypocrates libello de principijs tunc homo incipit scire; sunt aliqui qui pauciores quam triginta habent dentes, sed hi non tam longæui sunt quam qui plures, cum non solum indicet seminis imbecillitatem, uerum etiam quod non tam bene præparet Cibum ad coctionem. In tantum quarto quinto, & Sesto Anno sponte euelluntur dentes, in quantũ, & Cauitates cito excrescunt, & molli ac lacteo succo nutriuntur; postea uero enascentes solidiori *Dentes quot.*


dioti alimento non tam facile cadunt, cum sint fortiter radicati, & præcipuè molares triplici, & quadruplici etiam radice, sed præsertim superiores, quia pendentes sunt.

Lingua 16 Lingua quasi labijs ac dentibus ligata, est talis figuræ ut possit bene esse aptata ori ac locutioni, etiam deglutioni: constat carne, membranis, tribus Neruis, decem musculis, & ligamento ualidissimo in medio linguæ inferius, in cuius parte extrema frenulum adest. Supra linguam palatum ut Testudo insidet, in cuius fine iuxta narium meatus pendet Caruncula quæ gurguleo, Ligula dicta à forma linguæ paruæ, eius officium est frangere aerem, ne ita frigidus in pulmones irruens uocem lædat, & Claudere asperam Arteriam ne in deglutione aliquid ad pulmones transeat; sed non est ità firmum quod Aspera Arteria semper sit Ieiuna, nam liquidi aliqua minima portio recipit, ut recipit Saliuam quia membranula illa Glottidi inheret, ideo etiam Epiglottis nuncupatur Hinc inde ad linguæ radices sunt glandulæ duæ, quæ Paristhmià, & Tonsillæ uocantur quæ irrigant Saliua Os, linguam, & fauces.

frenulũ. *Palatũ.* *Glottis*

uces. Fauces enim est tota intercapedo, quæ in aperto ore intercedit inter paristhomia linguam, & Palatum. In radice linguæ adest os Hyodes dictus siue os gutturis, si enim huic osliculo tamquam basi non inhæreret lingua non posset tam uatio modo agitari, ideoque firmamentum linguæ etiam appellatur formam lictere Y. eiusque nomen obtinet, ne sit impedimenti ad respirationem, & deglutionem. *Hyoides os.*

Hoc solum os non continuatur cum alijs, sed alligatur per muscnlos firmiter méto, sterno, scapulis, & occipitii.



CETNILOQ. LXXIX.

De Regione Vitali.

Seu.

De Collo, & Thorace.

1 QVamuis hęc Regio propriè à clauiculis incipiat usque ad Diaphragma, nos tamē etiam Collum includentes ut ad Thoracis, & pulmonum gratia constructum à prima uertebra, libet dicere quod initium ducat in parte posteriori, in anteriori uero à gutture. Post Cuticulæ, adipis, & cutis tegumentum, & musculos, præcipuæ partes Colli sunt aspera arteria, Exophagus, & septem Vertebræ intra quas fertur Spinalis medulla vt alibi diximns.

Collum cur hic ponatur

partes

2 Primo loco in parte anteriori se offert Asperà Arteria, quæ constructa sex cartilaginibus membranis, venis, Arterijs, & neruis, ita tamen vt figuram orbicularem quasi completam proferant, Cartilagines quæ

Aspera arteria.

uæ non complent circulum in illa
arte, quæ exophagum tangunt ne
t impedimentum deglutioni. Duas
unicas habet, vna communis oexo-
hago, & vniuerso oris, altera pro- *Guttur*
ria, & exterior. Initium habet à
uttere quæ est pars in linguæ radi-
e, transit per iugulum, quod est *Iugulũ.*
Cauum existens inter vtramque
Clauiculam, ibique bipartita ad
ulmonem varijs fruticibus spar-
gitur. Initium Asperæ Arteriæ La-
ynx appellatur: corpus est pariter
Cartilagineum, sed tribus tunicis *Larynx*
oopertum, & varijs musculis pro-
rijs, tamen decem dicatum ad variã
rocis efformationem.

3 Sub Aspera Arteria recté ex-
enditur oexophagus vsque ad quin *oexophagus.*
am Thoracis vertebram, ibi leuiter
id dextram inclinans, vt Aortam
itet; indeque ad sinistram vergens
ransgrediens Diaphragma ad os
entriculi descendit, sed vt illuc cõ-
node non bene præparatum cibum
sportet, ne impedimenti sit respira-
ioni fistula magna, & rotunda est,
cui insident duo musculi præcipuè
deglutioni inseruientes.

4 Prætermissa explicatione
partium Thoracem inuestientium *Thorax*
videlicet Cuticulæ, cutis adipis, Pan-
niculi Neruosi, & membranæ cui
ubsternuntur in Thorace musculi
Tho-

Thoracis in Pectore Trapezius; in scapulis, & brachijs Ramboides, & alij collum mouentes vt pote partes comunes, ad partes proprias distinguendas accedimus. Infra collum igitur furcula apparet, in qua collũ insidet, & in duas claues diuiditur ad duas scapulas dextram scilicet, & sinistram. In medio retro dorsi sunt duodecim vertebræ, quæ sunt ad modum nodi bene inter se colligatæ ad inflectendum, & incuruandum; inseruientes: ex his duodecim vertebris duodecim costæ emanant, quæ sunt septem Superiores perfectè quinque inferiores imperfectè, & Spuriæ: Omnes arcuatæ vt spatium capax relinquant ad Capiendas cõmodè partes vitales, ad quarum inspirationem, & expirationem inseruiunt musculi inter costas positi, qui sunt viginti duo in dextero latere totidem in sinistro. In parte anteriori est Thorax tanquam propugnaculum cordis, os durum est, & latum vt cor defendat; sed non est tota ossea pars antica, vt caput, vt possit laxari ad inspirationem, & expirationem. In parte ossea propendent mammillæ exterius, ibique datur in homine, vt in parte lata, & quia nihil impediunt, in animalibus verò in ventre, nam alibi impedirent motum. Sunt institutæ à natura ad lac-

Trapezius.

furcula

Claues

scapula

Thorax

Mammilla.

tis

cis generationem pro nutrimento in fantium. Sunt materiæ ſpungoſæ, & talis naturæ, vt ſanguis ad illas pertingens vertatur in lac.

5 In parte interna totum Thoracem, & pectus, & coſtas, & vertebras tegit membrana pleuris dicta, quæ in Dorſo vnde habet originem craſſior eſt, quam in alia parte: interior lenis, & tenuis; exterior autem terminans ad oſſa aſpera: ſi inter iſtam, & Coſtas congeſtus reperiatur humor ſeu ſanguis extra uenatus Pleuritidem morbum parit. Eadem membrana dum ad Thoracem peruenit, dupplicatur, & diuidit ſiniſtrum latus à dextro, ita ut remaneant appenſæ illæ duæ membranæ vertebris retrorſum, clauibus ſurſum, deorſum Diaphragmati, Antroſum ſterno ſcilicet parti mediæ pectoris, licet multoties ſumatur pro pectore: inter iſtas duas membranas in medio Thoracis ſiſtit Cor & quia diuidunt ſiniſtrum latus à dextro, interdiuidentes, & Mediaſtinum appellantur.

Pleuris.

Vnde morbus.

Sterno.

Cor vbi.

Mediaſtinum.

6 Cor includitur in membrana quædam quæ Pericardion vocatur ſeu cordis inuolucrum, ſeu vagina, vt ſubſtantiam cordis tueatur. Non eſt immediatè connexa cum ſubſtantia cordis, ſed aliquantulum diſtat, & in illa vacuitate eſt humor quò

Pericardion.

cor

refrigeratur ne nimio Calore torreat In medio huius membranæ est Cor cuius substantia est aliquanto dura ac triplici villorum seu Fibrarum serie constructa : Aliqui enim villi recti à cordis basi ad mucronis extremum ducti quibus cor in sua Diastole sanguinem per venam Cauam in suum sinum dextrum, & aerem per arteriam venosam ex aspera Arteria in suum sinum sinistrum perducit ad efformandos Spiritus : Aliqui alij villi obliqui secundum longitudinem cordis quibus, & sanguine, & aere attracto sua diastole fruitur cor. Aliqui alij transuersi per cordis orbem, quibus expellitur in Systole sanguis per venam Arteriosam in pulmones : & vitalis Spiritus in Aortam, atque fumosos Spiritus in arteriam venosam : sed quia non esset expiratio nisi prius esset inspiratio, ideo prius est, motus Diastoles quam Systoles, vterque tamen æqualis in sanis, sed in febre laborantibus (maximè putridi) maior est expiratio, quia magis incumbit natura ad expellenda noxia.

Cordis substantia.

Villi recti.

officium eorum.

Prior diastoles

7 Figura cordis est quasi Piramidalis, & Spherica, vt plus Spirituum capiat. Eius basis in parte Superiori, mucro vero in inferiori parum ad sinistram vergens ne impediat venam cauam descendentem.

Nu-

Nutritur Cor sanguine crassiori per Cauitatem Venæ Cauæ in dextero latere, adestque alia cauitas, seu sinus in sinistro latere, sed magis ampla, & densa, vbi efformantur Spiritus: inter dexteram,& sinistram cauitatem, seu sinum intermediat paries, quem appellant septum medium, ab aliquibus dicitur preditū Ostiolo,ab alijs vero pluribus poris constructum, vt possint transire, & communicari Spiritus,& sanguis ex dextro in sinistrum latus, vbi Spiritosus sanguis vere residet.

Sinus Cordis.

Septum mediū.

8 Ex basi quæ est Superior pars cordis quatuor procedunt Venæ Ex latere dextero habetur Caua, vt ab Hepate deducat sanguinem. & Arterialis, vt sanguinem deferat ad pulmones: Ex sinistro vero est Aorta, seu arteria magna diffusa per totum Corpus, vt communicētur Spiritus, & etiam Arteria Venosa, vt fumosos vapores ac aliquid Spirituum in pulmones transmittat: manet appensum Cor ex duadus membranis Carnosis, & Neruosis quæ dicuntur auriculæ prouenientes à vena Caua, & arteriali.

Auricula.

9 Mirabilis est motus perennis Cordis in Dyastoles motu: namque ità mucro ad Basim accedit vt Sphericam figuram quasi perfectam per amplificationem laterum corō-

Dyastoles.

n sten-

stendat. In Sytoles vero motu magis distat à Basi, ita vt Cor longius quamuis magis angustum distendatur.

motus Systoles

10 Causa motus Systoles, & Diastoles aperta non est. Aristoteles libello de respiratione quem citat, & impugnat Andreas Laurentius lib. 9. quæst. 7. in principio, vult motum Diastoles fieri ab efferuescente sanguine, qui attractus maiorem locum occupat: motum vero systoles fieri ab aere frigido appulso, vt patet in aqua feruida quæ maiorem locum obtinet, sed insufflato aere detumescit. Andreas Laurentius autem cum asserat Cor impleri, quia dilatatur, & attrahit, & non dilatari quia impletur vt faciunt Vtres, ideo opinatur Causam motus naturalis systoles, & Diastoles haberi à facultate vitali animæ, quia cum Cor indigeat perpetua nutritione ac temperie adeoque etiam expurgatione. Vitalis facultas in Dyastoles motu trahit sanguinem, vt Cor nutriatur, & Spiritus generet; aerem vero, vt refrigeretur, & temperetur; in Systoles autem motu Spiritus diffundit, & excrementa pellit. Hinc fit quod secundnm necessitatem nunc magis Celer nunc magis Tardus moueatur. Sed quia

secundũ Laurentium.

non

non satis constat, an cor impleatur quia dilatatur, & attrahit, an dilatetur quia impletur. Quid quid de hoc sit, poteit dici, quod vtraque sententia sit vera, & Aristotelis quatenus assignat causam quasi instrumentalem, seu formalem, & immediatam: & Andreæ Laurentij in quantũ assignat causam principalem, sicuti ad quæsitum: quænam sit causa Calèfactionis manus ad ignem applicatæ, bene respondetur esse, Calorem, & benè etiam esse ignem; Atque sic ob feruorosum, & Spiritosum sanguinem contentum in *Arterijs* concurrẽte facultate vitali à corde pulsant *Arteriæ*. *cõcordia*

11 Pulmones Cordi incumbunt & amplectuntur omni ex parte, tum vt à durioribus defendant, tum etiam vt illud refrigerent, ideoque sunt carnis mollis, lenis, & raræ, similis spongiæ; ita ut continere possint aerem, qui pluribus pulsationibus cordis inseruiat, vt patet in natantibus sub aquis, & canentibus: Sunt pulmones in figura vngulæ Bubulinæ pendentes ex aspera arteria, sed alligantur Thoraci, & Spinæ. Circumducuntur Tunica tenui per quam Pus, & sanies in pectoris capacitate congesta per exiguas arteriarum Fistulas ad maiores, & *Pulmones.* *figura.* *Tussis.*

n 2 hinc

hinc ad Asperam Arteriam per Tussim expelli possit. Substinentur Pulmones ex triplici Vase ad modũ retis congesto. Tres meatus habent rectam arteriam ascendentem à corde, & in tenuissimas venas terminatam in totam substantiam sparsim pulmonum; & Asperam Arteriam in duas vias postea in minores, & minores frutices distractam ad refrigerandum Cor, & ad vocem depromendam.

12. Postrema Thoracis pars interna Diaphragma, seu septum transuersum, seu cingulum nuncupatur, musculus est magnus ab osse pectoris per costarum notarum extrema vsque ad lumbos accedit; Ita vt regionem vitalem à naturali omnino diuidat. Aliqui volunt vt huic musculo sint tria foramina, quibus prebeat transitum oesophago, Venæ Cauæ, & Aortæ descendenti, sed Andreas Laurentius concedit tantum duo priora foramina, non vero tertium Aortæ descendenti inseruiens; asserit enim quod Aorta decurrrat per Corpora vertebrarum, ideoque ipsam cum vertebris amplectitur. Diaphragma, cui plusquã sexaginta musculi minores famulantur, vt ad expirationem, Deglutionẽ Vocem deprimendam, & ad expurgandas feces deorsum comprimendo,

Diaphragmatis.

Foramina.

Munera

do retento Spiritu ne sursum regurgitent, valet vt flabellum ad temperanda intestina.

CENTILOQ. LXXX.

De Regione Naturali.

Seù,

De Ventre Inferiori.

1 CVm hæc Regio omnia organa ad nutritionem, ad expurgationem,& ad generationem contineat, quæ sunt præcipuè operationes naturales, ideo naturalis appellatur. In parte Superiori terminatur hæc Regio à Xiphoide, furcella ab alijs dicta os ventriculi defendens, & Diaphragmate in inferiori ab ossibus pubis; in postica à quinque lumborum. Vertebris, & ab osse sacro; in antica tandem ab abdomine, quæ est pars propria vẽtris contenta sub Cuticula, Cuti adipe,& panniculo Carnoso, quæ sunt partes continentes,& comunes: propriarum autem continentium, primo loco se offert vt dixi Abdomen

Cur naturalis regio dicatur.

Abdomẽ

partes cõmunes.

musculi men, cui substernuntur octo musculi, quatuor hinc, & hinc, eodem modo, quorum duo obliqui externi, & descendentes; alij duo obliqui interni, & ascendentes communiter appellantur. Alij duo recti, quibus alij duo subsunt transuersi: aliquando etiam in parte inferna nempe ab osse pubis ad rectos inseruiunt: hi duo alij musculi minores succenturiati appellati quasi iuuantes maiores. Omnes hi musculi sunt instituti à Natura, vt dum diuerso modo agunt nunc Superiorem nunc inferiorem, nunc mediam partem abdominis comprimant, & sic iuuant auxiliante etiam Diaphragmate vt diximus, ac etiam peritoneo, ad expellendas fæces, ad fætus expulsionē retento Spiritu: atque ad variam vocis depromptionem, cuius suauitas, vel asperitas habetur præcipuè à diuersitate Asperæ Arteriæ nimis siccæ, vel lenis, vel amplæ, vel strictæ.

Diuersitas vocū

2 Omnes musculi differunt ab illis octo enumeratis per hoc quod recti sunt, sed curuantur dum agunt: octo autem enumerati curui dum quiescunt, sed recti dum agunt vt comprimant.

musculorū situs.

3 Peritonæum est altera pars vltima continens omnia viscera, est tenuissima membrana similis Ara-

Peritoneum.

nearum telis, figuræ rotundæ, sed ob longæ à Diaphragmate ad pudenda vsque extensæ crassæ inæqualiter: in viro enim axiphoide ad vmbilicum magis Crassæ: in mulieribus tamen ab vmbilico ad pubem magis adiposæ sub stantiæ. Vbique dupplicatur circum circa viscera, sed vessica vrinaria inter duas dictas tunicas continetur. perforatur Peritoneum in parte superiori ab Oexophago, à vena Caua, & ab arteria descendenti. In parte media anteriori in vmbilico, sed tale foramen in adultis Clausum est, si autem casu aperiatur, Herniæ parit morbum, qui multiplex est, sed qui in compendium velit, adeat Calepinum; in parte tandem infima aliqua alia foramina patitur. *Vessica Vbi.* *Morbus hernia.*

4 Partium contentarum in ventre suprema post Diaphragma in medio est ventriculus, cuius figura rotunda est sed oblonga ab Hepate ad lienem, ibique maiorem, & ampliorem habet portionem sinuatam, exprimitque formam barbyti Pastorij, vt ait Laurentius, vel vtricularis Tibiæ Musicorum, vt loquitur Veslingius: habet duo orificia vnum superius ad leuam, & Stomacus dicitur, vbi residet appetitus: nectitur cum Oexofago circa vndecimã dorsi vertebram; alterum ad dexte- *Ventriculus.* *Stomacus.*

ram inferius Pylorum à veteribus nuncupatur, à Neotericis ianitor, vnitur cum intestinis, & præcipué cum duodeno: triplici tunica contextus est Stomacus, exterior communis orta à peritonæo; Secunda Crassior propterea vt calorē foueat; Tertia Neruosa à palato deducta rugosa est vt facilius cibum amplectatur, & retineat, atque vt perfecte, coquat, eius interna superficies quadam quasi crusta tegitur. Dotatur quam pluribus Villis obliquis transuersis, ac rectis inseruientibus ad expulsionem vt in vomitu, ad retentionem, & ad emissionem Chyli, vt dictum est in Corde. Gent. 79. nu. 6.

Structura.

1. coctio

Villi.

5 In dextera parte ventriculi in Hypocondrio sub Diaphragmate & sub Costis spurijs, seu nothis adest Hepar extensum per Terga versus, latus sinistrum. Molle ac rubicundum, vt aliqui non dubitauerint asserere esse conglaciatum sanguinem, & sanguinem esse Hepar liquefactum, sed per nos hoc non probatur, qui ponimus sanguinem animatum non esse, vt Hepar, in quo fit secunda coctio, nam chylus per venas meseraicas ad Hepar asportatus accipit colorem, & formam sanguinis, ibique fit discretio humorum, nempe flauæ bilis, quæ in bursam quam-

Hepar.

2. coctio

quamdam felleum Cysticum appellatam concauitati Hepatis adhærentem; infunditur per proprium cuniculum ab Hepate, sed per alium meatum a cystico felleo ad intestinũ duodenum bilis expellitur, cuius acrimonia tardiora intestina ad expellendas fæces excitantur, malencoliæ quæ fertur ad lienem in sinistro latere positum: sanguinis demum ac pituitæ, qui duo humores non seiunguntur, sed permixti feruntur per venas, vt pituita calorem sanguinis temperet. Nullam figuram determinatam profert Hepar, sed solum in parte superiori gibbosum est, & in interna concauum, in medio habens fissuram vnam, à qua deducitur ad vmbilicum vena, seu ligamentum, quod si secatur, statim homo suffocatur; nam cadente Hepate per abscissionem ligamenti vmbilicalis statim trahitur Diaphragma, seu præcordium primaria regio respirationis, ipsi enim validè connectitur, quin etiam peritonæo, costis mendosis, & Xiphoidi. Ab Hepate, vt enarraui emanant omnes venæ, quæ ità attenuantur vt capillares iure in extremitatibus nuncupentur, ibique fit tertia coctio cum magis, ac magis purgetur sanguis, à quo secernitur quidam humor aqueus, & excrementitius euaporans

discretio

præcordium.

3 coctio

in sudorem, vel crescens in pilos, vel etiam in Cutim: à sanguine ità purgato in orificijs venarum capillariũ elicitur alius quidam humor, qui à medicis Ros dicitur, hunc opinor verti in carnem, atque hinc patet, quod in vnaquaque parte sit virtus conquoquendi.

Ros.

6 In sinistro latere in hypocondrio sub costis mendosis collocatur Lien figuræ linguæ Bubulinæ, carnis fungosæ, & spongiosæ ad hauriedas, & exprimendas fæces crassiores sanguinis. Vnitur parte Gibbosa Diaphragmati, & Ren isinistro: parte concaua ventriculo, parte ima peritonæo.

Lien.

7 Vt vndequaque Ventriculus sit suffultus, ideo in parte postica subiecit natura velut puluillum pancreatem, corpus est carnosum per quod Venæ portæ ramos in ventriculum, duodenum, & lienem conspergit summus artifex.

Pancreas.

8 Ab inferiori ac dextero ventriculi ore ad Anumvsque permeant uarijs anfractibus constituta intestina, quæ sunt corpora rotunda, concaua, membranosa, ac duplici tunica obducta, & ità longa, ut Septies longitudinem corporis æquet, ideoque totam regionem vmbilicalem, & Hypogastricam occupant. Sunt in dupplici genere graciliora

Intestina.

Longitudo.

liora alia, alia crassiora.

9 Graciliorum ac tenuiorum primum intestinum supremum cum ore inferiori uentriculi unitum duodenum est à longitudine duodecim digitorum dictum à dextero latere ad spinam descendens nullo anfractu tortum. Huic succedit intestinum ieiunum, ita appellatum quia reliquis inanius conspicitur propter maiorem copiam venarum Vicinarum Chylum attrahentium ad Hepar. Locus ieiuni est tota Regio umbilicalis ab aliquibus eius flexibus occupata usque dum perueniat ad intestinum Ileon, quod est omnium longissimum, ita ut infra Vmbilicum usque ad Ilia, quam pluribus gyris totam prouinciam possideat.

Duodenum.

ieiunū.

Ileon.

10 Ex crassioribus intestinis continentibus uel chylum crassiorem uel crassiores tunicas; primum coecum uno tantum foramine præditum ad initium coli intestini, & Ilei finem propendens ad modum contorti Vermis, ut si quid chyli subtilioris superererit, ibi tanquam in Sacculo asseruetur, ideoque in uoracibus animalibus, uel dupplicatum uel magis amplum adest. Subsequitur Colon omnium amplissimum ab Aristotile laxum nuncupatum; aliquibus contractionibus ualuulatum

Cœcū.

Colon.

tum est ut fæces descendentes aliquā moram habeant; circa os Ilium dextrum principium ducens annexum pariter reni dextero ad jecoris cauitatem per flexum, ad fundum Ventriculi, lieni, ac Reni finistro obligatum, atque hinc dupplicato flexu circa os Ilium sinistrum propè sacrum finitur colon, initiumque præbet intestino recto, quod ab osse sacro recta uia tendit ad Anum, ibi magis amplum ut plures fæces contineat, & facilius expellat sed ne fæces sponte exeant, ideo dantur plures musculi circum circa positi Sphinteres uocati, qui ad iussum animalis laxantur.

Rectum

Sphinteres.

11 Ne intestina suis anfractibus & Gyris confusionem patiantur præcipuè in motibus violentibus positum est à Natura membranosum corpus intestina alligans, intersepiensque Mesenterion nuncupatum, quia medium inter intestina. Præter venas Arterias, & Neruos quibus fruticatur vt alibi explicuimus, & præter Glandulas, quarum madore intestina profluant, venas lacteas habet Mesenterion quibus Chylum albicantis coloris ad Hepar, vt sentit Veslingius, defert ab intestinis; quæ omnia continentur a Mesenterion, sed illa pars quæ tenuiora, & graciliora continet Mesa-

Mesenterion.

Venæ lacteæ.

sareon, a cuius nomine venæ Mesaraicæ nuncupantur: quæ abundantius deferunt Chylum, illa vero pars quæ crassiora amplectitur Mesocolon dicitur. *Mesareon.* *Mesacolon.*

12 Sub Diaphragmate in postica parte duæ Glandulæ adsunt renibus incumbentes magnitudinem Nucis Vomicæ, & formam renum præseferentes iuuant ad secernendum serosum humorem à sanguine, quin etiam (si reperiatur) portionem Atræbilis quam in suo sinu seruant. *Glandulæ Renales.*

13 Renum dexter sub Iecore, sinister sub liene positi lumborum incumbunt musculis ad flectenda crura dicatis. Hinc fit vt ait Laurentius, quod calculis laborantium flu et crus. Non sunt in æquali situ Renes, sed vnus altero clatior, vt si quid serosi humoris preter flueret ex copia in alterum incideret. Non coniunguntur inter se, cum inter renes transeant trunci venæ, & Arteriæ descendentes. Sunt substantiæ carnosæ ac densæ dupplici membrana, atque copioso adipe inuolnti formæ fasolorum seu semilunæ exprimentis conuexum extra, cauum intra ad spinam versus; magnitudinis incertæ, sed ad expurgationem sufficientem serosi humoris aptatæ. Intra carnem continet quam plurimos *Renes.*

mos sinus venarum; ac Arteriarum sed præcipuè adsunt carunculæ vti papillæ, quæ numero denæ per minutos poros serũ sanguinis in tubos vreterum detrudunt.

Vreteres.

14 *Vreteres*, vt alibi diximus, sunt canales dupplici membrana composita deferentes serosum humorem è sanguine excretum ad vesicam quæ triplici membrana construitur: internæ duæ propriæ, externa à Peritonæo habetur; figura vesicæ rotunda est sed aliquantulum ob longa ita vt Pyrum adumbret. In parte laxiori ac superiori fundus datur, in quo adsunt duo Canales exiles ab vreteribus serosum humorem recipientes. Ab eodem fundo in parte superiori extenditur quidã membranosus tubus Vrachcus dictus ad Vmbilicum, ubi ligamentum cuadit, ne Vessica grauitate comprimatur. Ceruix Vessicæ inferior crassior, ac circumdata fibris Sphinterem constituentibus musculum, qui claudit ne inuoluntarie Vrina depromatur. In uiris ceruix Vessicæ intestino recto unitur, & ossibuI pubis, sed in mulieribus ossibus pubis in anteriori parte, in posteriori uero Vtero.

Vessica. Vrachus. Sphinter.

In viris

15 Superest explicatio partium Genitalium uirorum, ac muiierum. Primæ sunt præparantia vasa quatuor

tuor seminis, duæ Arteriæ spermaticæ ab Arteriæ trunco: duæ aliæ venæ pariter Spermaticæ dictæ dextera à trunco cauæ, sinistra ab Emulgente ortum ducunt in vtroque sexu paulo infra renes. In viris prope sinem venarum Spermaticarum sunt quidam anfractuosi ac laberintei meatus subtiles inter se complicati, vt aliquo modo figuram pyramidalem talibus venis præbeat, & in basi adest illa complicatio Canalium subtilium, quæ pampinifotmia, seu hederiformia dicitur. In tali Regione Sperma permeando subtilissimas vias dealbatur concurrente vi Testium, sed vt sanguis dealbatus conquoquatur, & perficiatur magis in semen transit ad partem, quæ epididymis appellatur; corpus est aliquãtulum oblongum adhærens vtrinque testibus, terminansque partem varicosam seu pampini formem. In testium meatus semen generandi virtutem virilem accipit, ideoque qui textibus caret non potest generare. figuræ oui sunt testes, qui mollem, ac Cauernosam substantiam habeat, pẽdent extra, vt vir sit minus promptus ad venerem. Clauduntur quadã Bursa triplici Tunica contexta, quarum exterior, communis scrotum, media propria elytroides: interna pariter propria Dartos. Alligantur Te-

venæ Spermaticæ.

Seminis formatio.

Epididymis.

Testes.

Testes vt substineantur duobus musculis, qui vocantur Cremasteres idest suspensores. Semen bene concoctum in Epididymide, & texticibus fertur per Canales vasa deferētia seu iaculantia dicta: isti Canales ab Epididymide assurgentes, & quasi arcum facientes flectunt ad partem posteriorem Ceruicis Vessicæ, vbi adsunt quædam quasi vessiculæ, & prostratæ glandulosæ semen asseruantes, & congerentes, vt ad coitum sufficiat. Sunt distincta dicta vasa semen asseruantia, ne vno coitu totum semen iaculetur. Prostratæ glandulosæ effluendo tenuem humorem conspergunt illas partes, ne vrinæ acrimonia lædantur quin etiam titillationem pariunt, & veneris delectationem faciunt sentire; Sed quia semen pro generatione efformatur à natura pro restauranda corruptibilitate indiuiduorum, vt species saltem perseueret, debet infundi in hortum videlicet in Vterum Mulieris, quod vt commode fieri possit, in Mare extenditur mentula, cuius munus est non minus mingere quam immittere semen, ideoque dupplici Neruoso foramine in radice pollet in vnum postea coeuntibus vsque ad extremitatem glād ulosam, quam tegit Cutis à Corona veluti reflexa quæ præputium à putando

Scrotum

Elitro idet.

Dartos.

Asseruātia vasa

Penes.

præputium.

Mu-

16 Mulieres habent eodem modo ac Viri venas, & Arterias spermaticas, sed testes insidunt in lumborum musculis propè fundum vteri, sunt minores, frigidiores, & non ità rotundi, sed aliquãtò complanati: ab Epidydimide testibus incumbente insurgunt vasa deferentia seu iaculantia magis flexa, & tortuosa quam in viris ob vicinitatem. Dicta vasa iaculantia non deferunt totum semen ad latera vteri, vbi cornua insident vt ad fundum vteri iaciatur, dum femina concipit, sed etiã portionem seminis aliquam altero ductu exili ac longiori per latera vteri inter membranas ad Ceruicem vsque, vt Muliere prægnante clauso vtero possit emitti semen, ne putrefiat, & in veneficam substantiam euadat violenter retentum. Vterus est veluti magna cucurbitula, seu figuram vessicæ habet posita in amplo coxarum spatio inter vessicam, & intestinum rectum, vt ab ossibus defendatur. Membranosa est duppliciter tunica compacta, vt extendi ad fœtus augumentum, & claudi possit. Eius fundum est in parte superiori, habet ibi extrinsecæ duo Cornua, per quæ iaculatur semen ex latere in fundum in conceptione, & duo ligamenta annexa ossibus propinquioribus: intra verò est vnicus lo-

In mulieribus

Testes.

Aliæ partes.

Vterus.

vbi conceptio.

loculus, in quo attractum semen fit conceptio, sed vt semen melius adhæreat ne profluat, locus crispofus est, & solum per lineam vt scrotum, & lingua diuisus in dexteram partem vbi mares, & in finistram vbi mulieres generari dicuntur. In parte inferiori interna est uteri os, & ita occluditur in pregnantibus vt nec aer possit transpirare. In parte vero eadem sed externa sunt duo ligamēta ossibus adnexa, ut firmius fœtus feratur ab ore interno vsque ad Rimam magnam extenditur collum uteri, ubi notatu digna est menbranula quædam tenuissima in medio perforata, quæ in primo coitu disrupta sanguine effuso uirginitas tollitur secundum aliquos. Sed Laurētius asserit nunquam uidisse in tot sectionibus mulierum *Virginum* talem membranā in medio ductu ceruicis uteri: uult itaque dictus auctor florem uirginalem decidere ex disruptione quarumdam membranularum nectentium caruunculas positas sub Alis intra rimam magnam ad defensionem uteri ab ingressu aeris, à quo ut rima magna, & meatus patens urinæ ei incumbenti defendantur, adsunt labra spongiosa pubis pertingentia ad pubis ossa, sub quæ apparet quasi mentula feminea non perforata ad emittēdum se-

Virginitas quā do tollitur.

Mētula feminea

semen, sed posita ad excitandam facultatem Veneream, ideoque perfricax dicitur.

CETNILOQ. LXXXI.

De Artubus.

Seu.

De Partibus extremis.

1 ARtus ab Artando dicti Superiores, & inferiores sunt. Superiores ab extremis scapulis ad extremos usque digitos bracchia uocantur: unicuique insunt quatuor præcipuè partes scapula scilicet, brachium, Cubitus, & manus Scapula residens in dorso est os planum quasi triangulari forma subtile, sed in Apice excauatum, cui inseritur brachium, quod cōstat uno osse ibi conglomerato, rotundo magno ac robusto: huic in fine inseritur Cubitus extensus usque admanū, constat dupplici osse; exteriori, quod est longius cubitus, seu ulna dicitur à mensurando: & interiori, & ra-

Artus Superiores.

Scapula.

Brachium.

Cubitus

Vlna.

Radius. radius nuncupatur. post Cubitum sequitur carpo seu os brachiale quod ;octo ossibus componitur, cui

Carpo. unitur, & Pollex, & metacarpium, quod est illa pars lata, quæ interior

Meta-carpiũ. dicitur palma, cui inseruntur ossa ad pectinis modum, atque ex illis formantur cum pollice quinque digiti uidelicet Index Medius, Anularis, & Auricularis. Pollex dicitur

Digiti. quia uirtute cæteris pollet, alij uero denominantur ab usu ut patet unusque digitus tribus ossibus constat, ut possit flecti ità ut etiam minutissima possint accipere, quod ut melius exequi ualeant, datæ sunt ungues, quæ sunt de natura cutis; &

vngues. quando à tali natura degenerant secundum uarietatem Colorum existentium in maculis diuersos effectus portendere aliqui somniarunt. At Philosophi bonam uel malam temperiem humorum ex talibus signis possunt arguere, sicuti etiam ex lineis uel in manu uel in fronte, ut uidere est apud Aristotilẽ primo de Hist. animalium cap. 15. & sect. 10. problem. 48. Nam sicuti animalia articulata plus uiuunt, quam non articulata, ità melius articulata significant opusmagis perfectum: natura enim ità intenta in efformãda re parui momenti præbet ansam asserendi, efformasse organa præ-

cipua

cipua exactissimè.

2 Explicata compositione ossiũ ad Neruos accedimus discurrentes per Superiores artus. Sex paria diffunduntur: primum par à quinto ceruicis Spondylo prosiliens in Deldoidem musculum, & Cutim illi incumbentem absumitur, secundum par à sexta uertebra originem ducens primum in bicipitem musculum fertur, mox musculo cubiti longissimo ramum largitur, ac vbi Cubiti flexum attingit, in duos secatur ramos, quorum minor per radium, maior per cubitum membrana carnosa suffultus in totam cutim cubiti, & manus finitur. Tertiũ par secundo permixtum in bracchij musculum bicipiti substratum ramos diffundit, & statim ac ad cubiti articulationẽ peruenit, cum quinto pari permiscetur. Quartum par omnium crassissimum sub eodem musculo, post quã in musculos cubitum extendentes, & in cutim internam bracchii diffũditur, Tandem iuxta Cubiti articulum in duos scinditur ramos, quorũ alter longitudinem radij, alter longitudinem cubiti excurrit: Ille qui per radium fertur quinque surculis pollici scilicet duobus Indici totidẽ, medio vnicum præbet: Ille uero qui secundum longitudinem cubiti transit, in Carpò cessat. Quintum par

Neruorum Superiorum. 1. par 2. 3. 4. 5.

par inter musculos cubitum exten-dentes, & flectentes delatum, ac tertio pari permixtum, vt diximus tandem in digitos peruenit, nam minimo seu Auricnlari duos ramulos, Anulari pariter duos, medio tandem vnum distribuit. Sextum par inter cutem, & Membranam carnosam in cubiti cutim desinit.

6.

Vena artuum superiorum.

3 Vt venas superiorum Artuum recenseamus, debemus resumere ab illo ramo e Thorace exiliens, à quo diximus Centil. 77. prouenire venam Thoracicam, Basilicam, ac Cephalicam, Enarrauimus Thoracicam, ac distinximus basilicam per interiorem, cephalicam per exteriorem brachij partem irrepere. Modo basilica seu Epatica, seu Iecorica diuiditur in profundam, & subcutaneam. Profunda ad medium cubiti flexum fertur, & vno ramo secundum radium altero vero ramo secundum cubiti os dilabitur. Ramo priori in Surculos quam plnrimos nempe duos Pollici, alios duos Indici, & vnum medio: Posteriore autem in totidem surculos, sed vnum medio, duos Anulari, & alios duos Auriculari. Subcutanea per cutim executit, & ad cubiti articulationem perducitur; ibique scinditur in duos ramos, quorum alter dela-

Basilica seu Epatica.

latus ad internum cubitum cum humerario ramo vnitur; ätque ex eo congressu enascitur Vena communis seu medialis á vulgo, & nigra ab Arabis dicta. Alter per internum bracchij latus descendit in vicinam cutim, & in partes subiectas. Cephalica, quæ in affectibus capitis secatur ab alijs humeraria vocàta, in quantsi per humerum fertur, dum ad cubiti flexum peruenit, in duos dirimitur riuulos quorum alter oblique delatus in interiorem cubitum cum basilicæ ramo nectitur; alter interior insignior per radium ad eius fere medium descendit, hinc oblique ad carpum excurrens manum externam totam irrigat; & conspicuo ramo inter paruum digitum, & anularem desinit, & hic ramus est ille qui saluatella Appellatur; & sciditnr in melancolicis affectibus; atque in obstructionibus lienis.

Vena communi.

Cephalica seu humeraria.

Saluatella.

4 De Arterijs non est quid dicatur cum excurrant quasi vt venæ, solum notatione dignum est, quod in carpo prope os bracchiale sentitur Arteriæ pulsatio. Multo minus de cuti, cuticula, membrana carnosa dicendum est. Cum nihil insigne spectetur.

Pulsus in carpo.

5 Artus inferiores sunt sacrum os, Ischium, femur, Tibia, &

Pes

Os sacrum. Pes. Sacrum est os amplum cui adnectitur finis spinæ, & est veluti basis omnium: constat pluribus ossibus; sed ætate in vnum coalescunt in medio tamen illius est ischium, seu coxenticnm os quatenus ibi coxa articuletur. In parte Anteriori est os Pubis. Femoris os postea sequitur in homine longissimum, huic adnectitur Tibia, in quà est os dupplex interius longius, & vocatur Tibia. Exterius paulo minus, & magis tenue vocatur fibula; postea sequitur Malleolus interior; & exterior nulla carne obductus, ideoque facile læditur. Huic cognomento Tarso adnectitur pars, qui Metatharso, & digitis componitur sicuti diximus de manu, quæ componitur carpo Metacarpo, & digitis, diuersus tamen est finis, nam pedes ad motum, & cursum, ad saltum, ad standum sunt à natura instituti, sed precipue ad amplectenda bona, & fugienda mala, manus vero ad conficienda opera, & ad agendum necessaria, quin etiam ad non necessaria simpliciter; vt sunt tot variæ, & pulcherrimæ artes, quæ vt commode possent exequi, dantur digiti commode flectibiles, non ita in pedibus quorum digiti non habent tot ossa. In supremo tibiæ, &

Ischium seu coxenticum.

Os pubis femoris Tibia fibula malleolus, seu Tarsum metatharsum. Digiti.

in

in fine fœmoris incumbit rotula, os rotundum mola dictum ad eius similitudinem, est datum vt firmet in genu articulationem Tibiæ & fæmoris. *Rotula.*

6 Disseminantur Nerui per istos artus ex tribus internis partibus lumborum; & ex quatuor superioribus ossis sacri nascentes. Primus Neruus, & summus sub Peritonæo in cruris musculos eiusque internam, & externam cutim prius quam genu attingat finitur. Secundus inferior per inguen descendit, ramumque insignem cum vena Malleoli per internum fæmur ad pedem vsque demittit. Tertius his inferior musculis pedis ac quibusdam cruris nec non cuti inguinali surculos largitur deinde in propinquos Musculos supra cruris medium desinit, Quartus Neruorum omnium crassissimus siccissimus, & validissimus e quatuor supernis partibus ossis sacri ortus inter os sacrum, & Ilium elapsus ramulos vicinis partibus donat, postea in duos abit ramos, eorum minore in pedem superiorem digitis singulis surculos dat binos: maiore autem per Tibiam, & pedem protenso digitis singulis pariter donat binos neruos, sed ambo hi rami musculorum capita, & cutim Tibiæ pe-

Nerui artuum inferiorum. 1. 2. 3. 4.

disque texunt. Non restat aliud dicendum de ossibus, cum omnia sint explicata in proprijs partibus, ex quibus possumus depræhendere esse viginti quatuor vertebras, videlicet ceruicis septem, Dorsi duodecim, lumborum quinque.

Vertebræ quot

2 Enarrauimus venam cauam descendentem post varios surculos diuidi in duos ramos hyliacos talium ramorum propagines intra cauitatem abdominis distinximus; modo quatenus extra transgreditur; cumque ad crura descendat cruralis appellatur, sex surculis copiosa, quorum alter saphena alter Hischias maior, alter muscula alter Poplitea, alter suralis, alter tandem Hischias minor. Primus seu Malleoli vena per internam cruris partem, & membranam carnosam, delata ad malleolum externum cadit vsque ad supernam pedis cutim. Secundus in anteriorem Hischij cutim distribuitur. Tertius in duos scinditur frutices quorum minor in Tybiæ musculos, maior vero profundior in omnes fæmoris musculos diuariatur. Quartus ex ramis duobus cruris coeuntibus conflatus in cruris cutim posticam ad calcem vsque descendit per externum Malleolum. Quintus disseminatur per cutim Tybiæ in-

Vena Cruralis.

Saphena.


Hischias minor musçula.


poplitea

internam, & per malleolum internum, internum etiam pedis latus, & cutim pollicis abluit Sextus tandem maior absumitur in decem surculis singulis digitis binos, quin etiam alimentum musculo pedem abducēte largitur.

8 Arteriæ eandem fere viam permeant ac venæ, sed non sunt tam subcutaneæ, namque profundius latitant. Essent explicandi musculi, sed principaliores in determinatis partibus sunt enumerati Hæc itaque sufficiant pro aliquali explicatione subiecti animati, seu organizzati bene dispositi ad animam recipiēdam, exactior enim distinctio ad Anathomistas pertinet.

Arteriæ





CENTILOQ. LXXXII.

De Anima in Communi.

Datur anima.

1 DIstinximus, quantũ ad Philosophum pertinet, partes subiecti animati organici præcipuè hominis modo deueniendum ad talis subiecti formam, quæ constituit viuens *quæ est primum principium vitalium operationum*, per quas animata ab inanimatis distinguuntur experientia constat dari tale principium operationum vitalium, quod communiter appellatur anima; experimẽto enim notum est dari operationes vitales quæ à proprio principio nẽpe ab anima primo habentur vt probat etiam Aristotiles hic Text. 19.

Anima, quid.

2 Definitur anima. *Quod sit Actus primus Corporis naturalis Physici Organici potentiâ vitam habentis.* Ita Aristotiles Tex. 16. Dicitur *actus* idest forma, quia cum Anima sit substantia vel est forma, vel materia, vel Compositum. Non Compositum, quia potius constat ex anima

nia, quæ cum sua Comparte facit vnum per se nempe compositum. Non materia seu subiectũ: non solum quia subiectum dicitur potius animatum; verum etiam quia si materia seu Corpus esset anima, omnis materia, & omne corpus esset anima quod est falsissimum, ergo restat vt sit forma informans, non vero assistens ut somniauerat Auerroes, nàm aliter non esset Viuens, neque esset principium operationum vitalium, quæ fiunt in Corpore animato, sicuti non sunt operationes vitales, quæ emanant ab Angelo in corpore assumpto. Dicitur. Primus ad distinguendam animam ab operationibus uitalibus, & potentijs, quæ sunt actus, sed non primi: cum habeant deriuationem ab alio: anima uero non est ab alio principio existente in eo corpore.

3 Neque dicas cum Galeno lib. 3. de locis affectis cap. 6. & alibi, quod Anima sit temperamentum primarũm qualitatum, nam Anima est illa, qua pereunte, Animal moritur, & dissoluto temperamento animal pariter dissoluitur. anima est principium à quo oriuntur diuersæ passiones, & affectus, vt Amor, Odium, Ira, & similia sed ex diuerso temperamento oriuntur diuersæ operationes ait Galenus, ergo Anima *Non est temperamẽtum.*

est temperamentum, & consequenter est actus primus. Sed male concludit Galenus, quia in tantum perit Animal dissoluto temperamento, in quantum temperamentum est dispositio necessaria ad conseruationem talis compositi, non verò quia sit ratio constitutiua: pariter temperamentum se habet materialiter tamquam dispositio in affectibus Animi, non vero formaliter ut anima. Ita etiam docet S. Thomas 2. Contra gentes cap. 63. Multo minus Anima potest dici accidens etiam in sententia Aristotelis, qui vult accidentia deriuare à substantia, & consequenter accidens non potest esse actus primus sicuti est Anima per ipsum Aristotelem.

Temperamentū quomodo sit

Non accidens.

5.4 Dicitur *Corporis Naturalis, seu physici* ad ostendendum ipsam Animam facere vnum per se cum corpore, cuius est actus, & ad differentiam potētiarum vitalium, quæ licet possint dici actus primi respectu operationum vitalium, quæ sunt actus secundi, tamen non possunt dici actus primi corporis, vt Anima, à qua ipsæ potentiæ emanant, & per hanc particulam differt etiam a substantia separata, quæ non actus Corporis est. Dicitur organici ad de-

denotandum quod adhoc vt in corpore naturali sit actus primus seu anima informans, debent esse multæ partes Ætherogeneæ, vt possit exercere suas operationes diuersas; aliquæ enim operationes requirunt duritiem in Corpore; aliquæ flexibilitatem, atque per hoc illæ diuersæ partes ab Aristotile lib. 2. de partibus animalium cap. 1. vocantur instrumentales. Dicitur tandem. *Potentia vitam habentis* ad Differentiam aliarum formarum quæ corporibus non dant vitam, nec potentiam ad illam, seu in actu primo, seu in acto secundo.

5 Supradicta Definitio tradita per prædicata essentialia explicatur nisgis per aliam Definitionem traditam ab eodem Aristotile Tex. 24 per proprietates animæ, quæ vt ait. *Est id quo viuimus, & quo sentimus, & mouemur, & intelligimus primo.* *Altera definitio* In hac definitione accipienda est particula. Et sicuti diximus in Definitione naturæ, nempe. Quod anima sit primum principium nutritionis in ijs quæ viuunt, sensationis, in ijs quæ sentiunt, motus in ijs quæ mouentur, & sit principium horum omnium, & etiam intellectionis in ijs quæ intelligunt. Quare dicta Definitio potest accommodari cuicum-

que animæ, quamuis rationali adæquate accepta, alijs vero inadæquate v.g. vegetatiua est id quo viuimus vel est id quo viuit quodcũq. vegetabile.

6 Hinc habetur quam male Philosophatos esse veteres de Anima, vt constat ex Aristotile lib. 1. Tex. 25. vsque ad 54. dicendo esse ignem, vt ait Democritus: esse quid ex athomis aereis compositum vt quidam sectatores Diogenis: esse quid ex elementis Conflatum, vt Empedocles: esse aerem subtilissimũ vt Diogenes: esse humorem tenuissimum, vt Heraclitus: esse sanguinem, vt Chrysia: esse armoniam, & temperamentum contrariorum vt Pittagorici: esse numerum, seu circulum, vt Plato, quem defendit S. Thomas putans Platonem locutum esse Symbolicè propter similitudinem quam habent operationes reflexæ cum circulo, & multitudo operationum cum numero: at quidquid sit quia hic modus loquendi Platonis potest præbere ansam imperitis errandi, ideo iure optimo rejicitur cum alijs supra enarratis sententijs, quibus non potest uerificari munus, & essentia animæ, sicuti optimè explicatur per definitiones ex Aristotile allatas.

Non est Ignis.

Non ex athomis

Non ex elementis.

Nõ aer.

Non humor.

Nõ sanguis.

Non armonia.

Non circulus.

7 Numerum animarum ternarium esse pro cõperto est apud Aristotilem

stotelem pluribus in locis, & patet etiã quia solum vegetatiua sentitiua, & rationalis possunt definiri allatis defensionibus, vt patet inductione in omnibus viuentibus. Adde quod tantum trium diuersa genera operationum vitalium dantur, uidelicet vegetatio, sensatio, & intellectio, ergo tantum tres Animæ diuersæ vt principia diuersarum operationum vitalium genere diuersarum *Tres animæ tantũ.*

8 Caietanus, & Aegidius Columnavidentur asserere quatuor esse Animas, quia aiunt quatuor esse operationes vitales, nempe augumentationem, sensationem, motum, & intellectionem, & vt videtur colligi ex secunda definitione allata, & ex experientia nam aliqua Animalia marina sentiunt, & non mouentur. Sed contra est quia non solum sunt quatuor operationes vitales, sed quam plurimæ, appetitus etiam est operatio vitalis, tamen omnes reducuntur ad illa tria genera, quia motio stat sub sensatione, & licet detur Animal quod sentiat, & non moueatur; vt Zoophita, & aliqua alia animalia marina, tamen & Animal quod mouetur, & sentit; & Animal quod sentit tantum, & non moueatur; non habet diuersa principia, *Non datur quarta anima.*

quia Animal, quod sentit, licet habeat principium quò moueatur; cũ non sit ei necessarius motus pró sui conseruatione naturã non dedit ei dispositiones. Animalibus vero quibus plura ad conseruationem sunt necessaria, natura dedit dispositionem ad motum, vt possent comparare quæ necessariã sunt. Pró conseruatione Leonis V.G. est necessarius motus, vt possit inquirere quod ei deest, sed ad conuersationem Zoophitæ non est quid necessarium quod debeat comparare. Itaque ei non tribuit natura dispositionem ad motum, ad quem habet principium. Et quiã erat ei necessarius quidam motus imperfectus non progressiuus, ideo tribuit motum dilatationis, & constrictionis ergo in quocumque animali, in quo datur sensus, datur & aliquis motus.

Cur quidam animalia habent motum quedam uno.

9. Posset obijci quod si ista diuisio esset bona, vnum membrũ includeretur in alio. in sensitiuã enim includeretur vegetatiua, & vtraque in Rationali: attamen anima in communi quæ habet rationem generis, bene diuiditur si comparetur ad animàm vegetatiuam tantum & ad animam vegetatiuam, atque sensitiuam tantum, & ad animam sensitiuam, vegetatiuam,

Obiect.

Solut.

uam, & rationalem tantum nam:
anima vegetatiua tantum essentialiter distinguitur à sensitiua, & vegetatiua tantum ad inuicem comparatæ, ergo non est verum quod vna includatur in alia.

10 Difficilius est statuere quomodo dictæ animæ inter se conueniant. Philoponus hic. Tex. 9. & Simplicius Tex. 7. animam rationalem non informantem sed tantum corpori assistentem sicuti nautā in naui crediderunt. Themistius secundo de anima. Text. 27. vult esse tantum assistentem, & esse vnam numero in omnibus. Auerroes tertio de anima. Com. 5. ponit vnam animam cogitatiuam dependentem à materia, à qua educitur, adeoque corruptibilem ad corruptionem subiecti, & per hanc asserit omnes distingui inter se, sed ponit alteram animam intellectiuam, quæ non informet sicuti prima sed assistat, & sit vna in omnibus. Mirandulanus 33. lib. de Euersione singularis certaminis sect. 1. & lib. 33. sect. 2. & 6. vt etiam Acchillinus de Intelligentijs quodlibeto 3. dubio 3 & 4. aiunt ad mentem Aristotelis esse vnam animam informantem in omnibus omnes dicti Auctores qui ita Philosophati sunt, cum concedant diuersas animas

Non est assistens.

Non vna in omnibus.

Non vna particularis & altera vniuersalis.

mas assistentes, & informantes propias, & vniuersales tenentur etiam asserere non conuenire vniuocè inter se, sed Analogicè; etsi impugnantur quod non possint dari tali modo animæ impugnantur etiam non posse esse analogæ inter se.

Nec secundum Aristotelem.

11 Contra itaque omnes supradictas sententias quas impugnabimus etiam dum de anima rationali dicemus, nunc primo quia omnes

1. hæresiam sentiunt. Statutum enim est vnum quemlibet hominem habere propriam animam distinctam ab omnibus informantem, ut habe-

2. tur præcipue ex 8. synodo generali actu 10. can. 11. vt infra melius nu. 18. Contra 2. quia si anima non esset informans, sed assistens nulla operatio esset vitalis, quia operatio vitalis debet esse à proprio principio interno, vt alibi probatum est, sed si anima esset assistens non esset operatio vitalis quia non esset à proprio principio intrinseco quemadmodũ non est operatio vitalis in corpore Phantastico àssumpto ab angelo, & Nautæ assistentis in Naui, licet cognoscat, & videat Nauta, Nauis tamen non cogno-

3. scit nec vidit. Contra tertio quia si esset vna in omnibus quam plurima absurda sequerentur, eadem

enim

enim Anima esset iusta, & iniusta, bona, & mala, vt sunt homines malibonique: imo eadem esset damnata cum illa Iudæ, & Beata cum illa Christi.

12 Suarez, & aliqui alij aiunt Animã non uniuocè dici de rationali, & de alijs animabus, cum magis propriè rationalis sit anima, quia dat simpliciter uiuere, nam non solum efficit operationem uitalem, sed illam formaliter dirigit ad finem, alia uero animata faciunt tantum operationem non cognoscendo finem formaliter, & tamen simpliciter uiuere consistit in operatione uitali directa ad finem. Sed contra quia mouere se propter finem non spectat simpliciter ad rationem uitæ ut sic sed ad rationem uitę rationalis. nam etiam Equus uiuit: ergo ad rationem uitæ ut sic non spectat se mouere propter finem. *Dissoluitur cõtrarium fundamẽtum.*

13. Magis itaque adhereo sententiæ D. Thomæ, Aegidij, & Toleti in lib. 2. de anima in cap. primum q. 2. ubi exactissimè, & eruditissime statuit omnes animas conuenire uniuocè inter se; omnes enim animæ eodem modo ab aristotile definiuntur. *Uniuocè conueniunt.*

14 non obstat quod in Definitione animæ includatur uita per illas particulas *potentia vitam habentis*,

Vita quando vniuoca. *tis*, ergo non est Vniuoca sicut non est *vita*. Quia vita communissime sumpta non est vniuoca, sed quatenus conuenit solum animantibus est vniuoca.

15 Quod verò vita in tota sua latitudine Analoga sit, & non vniuoca, adeoque non posset vnica definitione definiri, patet ex Aristotile 6. Thopicorum, & ex ratione alia enim est vita Plantarum, & animatorum, alia intelligentiarum, & Dei. Concederem quidem cum S. Thoma conceptum vitæ esse principium motus ab intrinseco si acciperetur Vita prout est in solis animantibus sed in quantum conuenit etiam viuentibus, sed in animantibus vt Deo, & intelligentijs non potest habere hunc conceptum vniuersalem communem, cum Deus nullo modo moueatur, & tamen viuat. Nec saluat quod moueatur intentionaliter quoniam neque intentionaliter mouetur Deus, nam quicumque motus dicit Carentiam illius ad quod mouetur, & Deus nihilo caret.

Vita nō vniuoca.

Deus nullo modo mouetur.

16 Dicere quod conceptus vitę consistat in negatiuo idest in perfectione, quæ non proueniat à Causa extrinseca, non valet, nec saluat quod conceptus vitæ in Deo non consistat formaliter in omnipotentia

vel

vel in quocumque alio attributo cū nullum attributum proueniat in Deo à Causa extrinseca, & tamen omnes Theologi desumpserunt conceptum vitæ in Deo formaliter, & ab amore. & à cognitione. E contra verò dicere quod sit tendentia in aliquod extrinsecum, seu distinctum seu identificatum cum ipso omnipotente, per quam tendentiam omnipotens determinetur ad exercendam aliquam aliam operationem alterius potentiæ sibi naturaliter insitæ est contra communem conceptum Theologorum qui agnoscunt conceptum formalem vitæ in generatione Diuina filij, & spiratione Actiua Spiritus Sancti, & tamen sunt operationes ab intrinseco. Quin immo hoc modo Elementa viuerent nā Aqua determinatur ad humectandum, graue ad descendendum, ignis ad Calefaciendum.

17 Quod autem magis viuens quam non viuens assimiletur Deo, non facit prædicatum formale vniuocum, sed tantum virtuale, cum Deus virtualiter contineat in se perfectiones creaturarum. Adde quod instantia nimis probat, nam probat quod ens esset vniuocum cū magis conueniat cum Deo ens, quā non ens. Itaque maior conuenientia non constituit conceptum *Occurritur Ob.*

Vni-

Vniuersalem Vniuocum.

18 Quamuis dentur tres Animæ vt diximus, tamen vna tantum anima Rationalis in fætu datur, & non plures successiuè ponuntur, quia vna potest exercere omnes operationes cæterarum imperfectarum, cum sit virtualiter multiplex, & Sancitum sit ab Ecclesia, quod possit baptizzari fœtus eo ipso quod mouetur ergo quod non discurrat non arguit nisi indispositionem in organis, licet nō introducatur anima nisi sit sufficiens organizzatio ita vt in masculis post quadragesimum Diem, in Fœminis verò post Octuagesimum, & secundum aliquos etiam Nonagesimum diē non infundatur Anima rationalis. Imò ex octaua Synodo generali actu 10. can. 11. cit. hæc habentur. *Apparet quosdam id temporis in tantum impietatis venisse vt duas in homine Animas impudenter dogmatizzent quos omnes, & similia sentientes cum vetus, & Nouum Testamentum, & omnes Ecclesiæ Patres vnam animam rationalem in homine asseuerent, Sancta, & venerabilis Synodus Anathematizzat.* Ideo ponere quomodocumque multiplicitatem animarum periculosum est vt ait optime Toletus in fine proœmialium q. de anima accerrimè etiam contra Scotum. Dare multiplicitatem

vna in homine

vir quādo animatur.

fœmina quando.

Occurritur ob.

tem animarum ex eo quod non fiat homicidium quando occiditur foetus ex Can. *quod vero*, non est sufficiens argumentum, quia pænæ sunt restringendæ, ideoque in dubio ratio stat pro reo. Sed si esset certum quod foetus sit animatus occidens peccat peccato homicidij, quod non esset si non animaretur anima rationali.

occidere fœtum an homicidium.

19 Etiam si sit vna, est tamen in toto corpore, & non in vna tantum parte, quia rami à trunco recisi virescunt, pleraque membra sentiunt, & augentur proportionaliter ergo habent animam omnes partes, quæ omnes sunt diuisibiles dempta anima rationali, quia omnes sunt materiales, & pendent a subiecto quanto, non minus quam accidentia materialia, ergo sunt diuisibiles: per hoc enim Aristotiles accidentia materialia esse diuisibilia probauit, & patet experientia in ramis abscissis virentibus, etiam in animalibus insectis, quorum partes diuisæ adhuc sentiunt, & mouentur, & per hoc dantur animalia insecta, quia eorũ partes quamuis diuisæ adhuc viuũt, perinde ac si non essent insectę: anima vero rationalis cũ sit Spiritualis non est diuisibilis, ideoque est tota in

vna in toto corpore.

qua diuisibilis.

Animalia insecta.

Rationalis indiuisibilis.

in toto, & tota in qualibet parte corporis sed aliæ animæ materiales diuisibiles, quælibet est tota in toto & pars ipsius in parte sui subiecti.

20 Omnes partes animæ diuisibilis constituunt vnam animam integram in toto corpore, sed non est vnum, vt est vinus liquor ex vino, & aqua u.g. & unum ex partibus Etherogeneis, quia una pars esset imperfectior altera in prædicatis essentialibus. est itaque una anima ex pluribus partibus homogeneis, ut aqua ex pluribus Aquis licet in dispositione, & ordine habeant Etherogeneitatem, & in exercitio: primo quia principio cognosciriuo, & appetitiuo, quod idem est, omnes aliæ partes subseruiunt vt patet. Secundo quia omnes partes supponuntur ictibus, & prauis incursionibus ad tuendum caput quod est præcipua sedes animæ.

partes animæ sunt homogeneæ.

21 Quia uero anima considerata in ordine ad corpus organicum, cuius est actus adhoc illud informet, plures in eo requirit partes inter se omnino diuersas, ut sunt cerebrum, & Cor, ossa, & caro, ideo admittimus in viuentibus præter animam etiam formas partiales dantes complementum Animæ in quantum possit elicere tales operationes in hoc

hoc membro, & alias in alio, quia Cerebrum, Cor differunt inter se essentialiter non per animam, neque per materiam, vt patet, ergo per formas partiales, quæ exigunt dispositiones diuersas. Secundo quia Anima, & materia non plus exigunt duritiem, quam mollitiem u.g. ergo ut carni post percussionem expellat duritiem, & reacquiratur mollities non est nisi à forma partiali. Tertio quia aliquando læso oculo non recuperatur uisus, & tamen ibi est anima quia sentitur ergo perijt forma partialis: si enim anima esset adæquatum principium posset recuperare semper uisionem sicut aqua calefacta recuperat frigiditatem. Ex hoc eodem argumento apparet animam non determinari ex diuersitate unionum Ethereogenearum ad producendas diuersas dispositiones in diuersis corporis partibus tum quia unio non est actiua, sed unita sunt actiua, ut constat inductione; Tum quia remanet unio inter animam & materiam oculi, & adhuc non recuperatur aliquando uisus, tum demum quia diuersæ dispositiones arguunt diuersitatem formarum, aliter in elementis posset dici quod sit una tantum forma.

Formæ partiales.

unio nō actiua.

22 Non obstat quod admissis formis partialibus Anima cum illis fa-


Obiect. faciat unum per accidens, cum adueniat enti iam constituto in actu completo. Quia licet sint entia ex se sufficienter completa, quatenus *Solut.* sunt completum principium dispositionum quas exigunt, tamen adhuc possunt compleri in ratione uiuentis. Soli autem substantiæ ultimo completæ repugnat facere cum alio unum per se. Sicut Anima licet sit principium completum Intellectus, & uoluntatis, tamen facere potest aliud principium per se potētiarum organicarum, ita etiam partes Viuentis, quamuis sint completū principium ex se talium dispositionum, & accidentium adhuc poterunt facere cum anima unum principium completum operationū uitalium.

23 Et si in uno uiuente dentur plures partes, attamen omnes debent habere aliquam unitatem ad hoc ut faciant unum uiuens, ideoq; datur subordinatio quamuis non omnes partes sint uiuentes nulla .n. pars mere fluida, ut est sanguis, & ceteri humores, & aliæ partes quæ à *Partes fluida an uiuentes.* sanguine substātialiter nō differunt, ut sunt Lac ossiū medullæ, & adeps, quæ sunt sanguis magis excoctus potest dici animata, quia nullam operationem habent uitalem, neque seruant semper eamdem figuram, imo

sunt

sunt institutæ pro nutrimento alterius partis, & una pars animata ad aliam ordinari non potest ut purum medium. Partes autem solidæ, ut Caro, Os Cartilago &c. Et partes quæ habent aliquam operationē vitalem, sunt animatæ sicut etiam dentes, Capilli, & Vngues, quia habent aliquas operationes uitales, & etiam concauitates, & strias, quibus alimentum suscipiunt; ideoque videmus capillos seruare eumdem colorem, & si ratione eruditatis alimenti canescant; attamen secundum omnes partes simul, maculæ vero in vnguibus sunt excrementa inter carnem, & vngues, ideo modo in infima parte, modo in superiori excurrunt. Cerebrum, & medulla spinalis cum habeant sensum obtusum uiuunt, sicut etiam semen, quod augetur. *canities vnde*

CEN-



CENTILOQ. LXXXIII

De Anima Vegetatiua eiusque operationibus.

Operationes animæ vegetatiuæ. 1 TRes sunt operationes Animæ vegetatiuæ, nempe nutritio, Augumentatio, & Generatio, ideo de istis omnibus agendum hic, nam quod pertinet ad Animam ipsam vegetatiuam, quæ Superiori Cent. diximus sufficiunt. *Nutritio quæ.* Nutritio itaque est *mutatio substantialis alimẽti in substantiam viuentis ad reparationem partium deperditarum seu quæ deperdi possunt.* Per vltimas particulas explicatur finis, *per alimenti* explicatur materia, *per in substantia viuẽtis.* explicatur forma, *per mutatio substantialis.* Explicatur quod sit aggeneratio, & non quæcumque mutatio. *Potentia nutritiua.* Ex hoc apparet quod potentia nutritiua est virtus *qua fit mutatio substantialis alimenti in substantia viuentis ad reparationem partium deperditarum.*

2 Quia nutritio patet experientia, ideo non indiget probatione nam

nam propter pugnam Caloris vitalis, & humidi radicalis, semper viuentis partes deperduntur; ideo natura dedit virtutem illas reparandi, ne tam cito viuens deficeret. *Datur nutritio*

3 Quomodo vero fiat nutritio explicatur hoc modo, nempe ex cibo præparato in ore, & posito per Oexophagum in stomaco spatio quatuor horarum circiter iuxta dispositionem ventriculi, mutato in materiam albam, & fluidam, qui dicitur Chylus defertur per secundum ventriculi ostium Ianitor nuncupatum per venas mesaraicas ad Hepar vbi accepto colore sanguineo, & facta segregatione humorum vti diximus Centil. Superiori, vbi egimus de regione naturali diffunditur per totum corpus ad dandas suppetias. Flaua enim bilis naturæ ignis est alimentum Tunicæ, & arteriarum Malencolia naturæ Terræ est alimentũ ossis, & partis Terreæ. Sanguis naturæ Aeris, est alimentum Carnis Pituita tandem naturæ Aquæ est alimentum Cerebri, & intestinorum non est tamen tanta, & omnimoda segregatio humorum, cum semper aliquæ partes omnium permisceantur. *Quomodo fiat.* *Chylus.* *Bilis natura.* *Malencolia.* *Sanguinis* *Pituita*

4 Hepar est animatum, cum sentiat, & nutriatur, habeatque alias operationes vitales; ideoque

non

Hepar animatum non potest dici quod sit sanguis conglaciatus, non solum quia diximus sanguinem non esse animatum, vt pote carentem omni operatione vitali, verum etiam quia conglaciatio non potest haberi à Calore quò pollet Hepar, vt possit facere distributionem, & separationem.

augumẽtatio nõ viuentium. 5 Nutritio ab augumentatione non viuentium distinguitur per hoc quod hæc fit per additionem partis ad partem, non seruata forma, seu figura, & proportione; illa vero fit per intrasusceptionem alimenti in parte determinata seruata figura, & proportione ideoque viuens non potest crescere in infinitum, sicuti potest non viuens vt alibi statutum est.

6 Materia remota apta ad nutritionem, duo requirit. *alimenti requisitum primum* Primum vt habeat aliquam conuenientiam cum natura aliměti hoc enim modo facilé vi caloris naturalis conuertitur in aliti substantiam, nam alimentum secundum Galenum lib. de simplici medicamento cap. 5. alteratur magis, quam alteret: E contra medicamentum magis alterat, quam alteretur, cum purget per excessum qualitatis, vt ait Aristotiles Problem. *veneni.* 43 Venenum autem omnino alterat, & nullo prorsus modo alteratur secũdum quod requiritur est vt alimentum

mentum sit mixtum, non elementum simplex vt docet Aristotiles 2. de Gener. Tex. 49. & 50. Vbi notat nec Plantas ali puris elementis ideoque agrorum Cultores aquam irriguam cum Terra, & putredine immiscent. Hinc fit quod admissa Terra in testa, & crescente ibi Arbore, non imminuitur Terræ pondus, etiã si crescat pondus Arboris quia nutritur vaporibus, & exalationibus Terræ admista aqua pluuiali vel irrigua vel roris vel aliorum liquorũ admistione, & non ex virtute attractiua quam somniarunt athomistæ reperiri in Arbore, quæ attrahat, & aerem, & corpuscula volitantia, vt possit crescere. Ratio cur requiratur quod alimentum sit mistum, est quia nutritio fit ad reparationem pluriũ partium Ætherogenearum, ideo ad nutritionem requiritur alimentũ habens partes Etherogeneas.

2. requisitũ.

Arbor crescit non imminuta terra

Elementum purum non alit.

7 Ex dictis apparet fabulas esse quæ narrantur de Salamandra igne nutrita. Verum quidem est quod Salamandra vt potè animal frigidissimum potest diu in igne viuere sed non potest igne nutriri, sicuti nec potest solo aere Camaleon cum muscis certe alatur: idẽ dic de Piscibus, Talpis serpentibus quæ non aqua pura, aut pura Terra, sed herbis alijsque mistis nutriri dicũtur à Philosofis. Est etiam necessarius potus

Salamandra

Camaleon.

Talpa

Potus necessarius. ad temperandũ calorē innatũ in plerisq. animalib. alioqui cibũ exureret.

8 Alimentum proximum nutritionis, vel mediatè, vel immediatè est sanguis, nam etiam si aliquæ partes, vt os v.g. nutritur medulla, tamen potest dici nutriri sanguine mediate cum medulla non differat à sanguine. Et licet non sentiatur fames statim ac ponitur Cibus in stomaco, hoc non prouenit, quia ventriculum illo nutritur, cum nutriatur sanguine, sed quia bilis agens in partes vitales, & Calor in stomaco agens in neruum, ob carentiam Cibi facit illam malam sensationem, quæ vocatur fames, posito vero cibo agit in ipsum relinquendo partes uitales, ideoque non sentitur illa molesta sensatio quæ ab Aristotile hic tex. 28. dicitur *appetitus calidi, & sicci*: Sitis autem *appetitus frigidi, & humidi* intellige autem has descriptiones cōparatiue ad inuicē, videlicet quod fames cōmparatiuè ad sitim est appetitus Calidi, & sicci quia quãuis appetamus Cibos frigidos, & humidos, tamen potus regulariter excedit in his duabus qualitatibus.

Fames vnde — *Quæ* — *Sitis quæ.*

9 Senes ideo magis Vinum merum sitiunt quam Lymphatum, quia experti sunt quod citius reficiuntur ex homogeneitate quam habet Vinũ cum Spiritibus. Aliqua animalia licet

vinum cur statim reficiat.

cet calore polleant, adhuc tamen non exagitantur siti, cum habeant pulmones nimis laxos, quibus refrigerantur.

10 Cum nutritio sit ad reparationem partium deperditarum, quia semper vel Calore intrinseco vel extrinseco partes deperduntur, consequens est vt nutritio non sit intermissa. Quod vero ursa per quadraginta dies abscondita sine cibo viuat vt notat Aristoteles de Hist: animalium cap. 17, & de alijs animalibus ac præsertim de Glire impasto diu dormire dicitur hoc prouenit à tenuitate caloris, & etiam quia Calor agit in pituitam vel in alios humores difficile solubiles: Adde quod calor quiete languescit, imo in ipsa quiete aliqua animalia inedia saginantur quin etiam semen longo tẽpore perdurat sine vlla nutritione, vt apparet in frumento, in horrea congesto, & etiam uiuit, quia dummodo non sit corrosum, & maculatum Corculum germinat, ergo signum est quod etiam diù impastum retinet animam.

Inedia diu viuere

Semen animatum

11 Patet ex hoc, quod effectus primarius animæ Vegetatiuæ est generare, & propagare speciem; nutritio uero est effectus secundarius datus ad reparationem partium dèperditarum quatenus opus sit, & nõ

est datus hic secundus effectus tantum ad impediendam actionem caloris, per quam aliti substantia dissolueretur eo modo quo solet applicari aliquod membris putridis vt voracitas morbi non agat in partes vitales sed in id quod apponitur, ita opinatur Aphrodisius apud Auerroem putans eam materiam, quam a principio anima informat absque vllo dispendio vsque ad mortem perseuerare, & in ea consistere essentiam indiuidui. Sed est contra communem, sententiam Phylosophorum Medicorum, & Theologorum, & contra experientiam, quia per nutritionem non solum conseruatur viuens in suo statu, sed etiam vsque ad certam ætatem augetur, nec retinet semper eamdem staturam, si enim non augetur per longum, dilatatur & quando non crescit amplius est ob determinatam figuram, quam debet habere, & ob defectum Caloris, ergo signum est quod nutritio non est tantum ad impedendam actionem Caloris, vt patet etiam ex ipso nomine Alimenti.

nutritionis effectus.

12 Facultates potentiæ nutritiuæ quatuor communiter numerantur, attractiua videlicet, concoctiua, retentiua, & expulsiua; Discretiua non est distincta ab illis cum natura retinendo quod sibi bonum, &

facultates nutritiua

ex-

expellendo quod ſibi noxium diſcernat; nec requiritur qualitas motiua in alimento peculiaris, vt eleuetur ad partes Superiores : non enim habetur notitia de tali virtute motiua peculiari, & è contra à virtute attractiua partium ſuppleri poteſt. *Datur attractiua.*

13 Augumentatio non diſtinguitur niſi formaliter à nutritione, quia nihil eſt aliud quam acquiſitio maioris materiæ animatæ, quam ſit deperdita, quod eſt realiter nutritio ſeu terminus actionisnutritiuæ, a qua non diſtinguitur realiter eius terminus, ideſt augumentatio, quæ quod detur patet experientia, cum pateat dari nutritionem, & cum cõſtet organa creſcere, & partes non eſſe ſemper cum tali paruitate, ſed augumentari, magis omnium tamen caput ſecundum Ariſtotilem de ſomno, & vigilia, cum omnes Spiritus ad illud aſcendant : ita tamen creſcunt, & augentur membra, & omnes partes vitales vt ſemper ſeruent eamdem figuram, & proportionem ratione formæ, & intra ſuſceptionis alimenti. *Augumẽtatio.* *Quomodo.*

14 Inanimata non ſeruant eamdem figuram ſemper, cum fiat accretio per additionem partis ad partem & quamuis flamma ſemper ſeruet eamdem figuram piramidalem, hoc prouenit non ab intrinſecò, ſed à ne- *Non vi nentia*

necessitate materiæ, nam aliquæ partes sunt crassiores propè lychnum, ideoque vt basiss aliæ subtiliores, & subtiliores, & sic magis ac magis ascendentes.

15 Sicuti ad nutritionem, ità ad augumentationem requiritur Calor & quamuis in Ægroto desiciat Calor, tamen potest esse causa per accidens augumentationis in quantum alimentum defectu Caloris commutatur potius in partes duriores, & Crassiores, quam in carnem; ideoque macilentiores, sed longiores apparent ægroti; potest etiam hoc prouenire ex apparentia quatenus ægroti diu non visi longiores, quia emaciati apparent, magis longum videtur quod est magis tenue.

Egroti cur longiores videtur

16 Potest quidem esse Augumẽtatio sine additione nouarum partium quatenus ijsdem permanentibus occupatur maius spatium, vt cõtingit in rarefactione, quod non potest ex alio prouenire quam à multiplici partium discontinuatione respectu partis determinatæ ideo è contra cõdensationem opinor prouenire ex maiori continuatione partium respectu partis determinatæ. Quapropter eo maior est rarefactio quò plures sunt partes discõtinuatæ respectu vnius determinatæ; E contra verò accidit in condensatione

Rarefactio.

Condensatio

ſatione quod apparet in globo Ceræ conſtricto, & poſtea liquato. Requiritur ad iſtam diſcōtinuationem, vel calor vel aliud agens, ſed non vbicumque eſt corpuſculum igneum eſt rarefactio, vt patet in ferro ignito, quod non rarefit, quia non diſcontinuantur partes, adeoque non occupant maius ſpatium.

17 Generatio quæ eſt tertia operatio animæ vegetatiuæ, a S. Thoma prima parte quæſt. 27 art. 2. dicitur *Origo viuentis à viuente, à principio coniuncto in ſimilitudinem naturæ.* Lato modo ſumitur prima particula nempè *origo viuentis à viuente* ad hoc vt includatur generatio æterna Verbi Diuini: vt autem verificetur quod ſit à *principio coniuncto* debet aliquid generantis tranſire in genitum, uel ſit ſemen, uel aliud equiualens, quæ dicuntur partes primigeniæ: Additur alia particula *in ſimilitudinem naturæ* ad exprimendū quod genitus procedat eo modo qui eſt inſtitutus a natura ad hoc ut uiuentia ſpeciem conſeruent, ideoque Heua non poteſt dici Filia Adæ neque dentes, neque Vermes filij noſtri, licet dicantur è nobis naſci. Chriſtus autem eſt uerus filius Virginis, quia eſt conceptus in Vtero Virginali de Spirito Sancto èx Virginis ſanguine.

Generatio quæ.

Spiritus Sanctus cur non Filius.

18 Quare uero Spiritus Sanctus non potest dici Filius vt Verbũ, ad Theologos pertinet examinare sed pro nunc dicamus, quod ille dicitur Filius, qui ab uno, & non à duobus immediatè, & eodem prorsus modo generatur in creatis, ità etiam àblatis imperfectionibus dicitur in Diuinis, ergo Verbum non Spiritus Sanctus est Filius quia ad Spiritum Sanctum spirandum concurrunt vna spiratione actiua Pater, & Verbum: at ad Verbum generandum solus Pater. Accedit quod communiter dicitur à Theologis Verbum generari à Patre in similitudinem naturæ, quæ dicitur haberi per cognitionem sed Spiritus Sanctus non procedit à Patre in similitudinem naturæ sed per amorem.

Genera resimile

19 Solum ad uiuentia regulariter loquendo pertinet generare sibi similia, quia non uiuentia, non tã facile ut uiuentià corrumpuntur, nã quo magis aliquod est perfectius, eo plus requirit ad sui conseruationẽ, ergo congruum fuit ut natura daret uirtutem reparandi deperditionem, & detrimentum speciei, sed non uiuentia ab aliqua causa non Vniuocã possunt produci, si aliquãndo corrumpantur. Difficultas solum est de igne qui uidetur producere ignem

Ter-

Terrà uero non producit Terram, neque aqua aquam : At ignis licet aliquando producat ignem, & conuertat aliquod in suam naturam, regulariter tamen dissoluit particulas igneas, quæ continentur in misto, & sicut plurimum augetur ignis.

20 Quamuis sola viuentia vt dixi regulariter loquendo habeant vim producendi sibi similia, vel semen vel per aliud Equiualens, veruntamen non omnia viuentia habent hoc sed solum illa quæ sunt perfecta, & quæ nascuntur ex semine, nam imperfectiora, & quæ tantum ex putri nascuntur non habent talem vim, ita sunt Pulices v.g. Alia verò animalia quæ, & ex putri, & ex semine nasci possunt, vt sunt v.g. mures, Serpentes &c. Habent vim generandi animalia sibi similia, & de Mure ità verum est vt generatio detur per coitum vt non solum breui tẽpore vnus mus centũ viginti fœtus conceperit, sed etiam secto matris ventre aliquando reperti sunt fœtus pregnantes, vt asserit Aristotiles 6. de Hist. animalium cap 37. *Quae ex putri* *Muris fecunditas.*

21 De Apibus dicitur quod colligantur ex floribus vt cecinit Poeta. *apium ortus*

Verum ipse floribus natæ, & suauibus herbis ore legũnt.

Sed opinor in apibus nõ esse distinctio-

tionem sexuum, & quod colligunt de floribus inseruit illis vt sanguis menstruus ad nutrimentum fœtus. Animalia perfecta vt sunt homo, Equus, Leo &c. non possunt nasci ex putri sed tantum ex coitu maris, & fœminæ, quidquid dicant aliqui veteres fabulosi posse nasci è visceribus Terræ habita ratione ad talem, & talem constellationem vel ad talem influxum Cælorum, quia experientia est in contrarium per tot sæcula, & quia cum talia animalia educatione indigeant, vt patet, debuit natura illis prouidere parentem.

Animalia in insulis inhabitatis.

22 Ad instantiam, quod in aliquibus insulis à continenti remotissimis inuenta sint aliqua animalia perfecta quæ propria virtute non valuerunt notando percurrere vastissimos illos interiecti maris tractus respondit S. Augustinus lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 7. dicendo, quod vel ab Incolis primis illarum insularum translata esse, vel ibi Dei opera posita ad pulcritudinẽ vniuersi, sicuti à principio mũdi. Accedit quod ex varijs Terræmotibus possit accidere vt fuerint illæ Insulæ à continenti diuisæ, vbi prius erant vnitæ.

Dissimilia generari.

23 Non solum possunt viuentia generare sibi similia in specie, sed pos-

possunt dissimilia, nam videmus ex semine vermes procreari, & ex secula in agris Vngariæ fertilissimis Triticum, & Lycchettus asserit ex animalium substantia Plantas generari fauet quod dicit Aristotiles lib. 9. de Hist. animalium cap. 5. Ceruū quendam gerere uirentem hederem cornibus adnatam, & suffragatur quod docet Poeta quod ex carnibus Bouis excitētur apes. Accedit quod in sauilla Tartariæ Insula aiunt oriri semen quoddam Peponum semine paulo maius, ex quo pullulat quoddam agno per simile, ex cuius pellæ capitis tegumenta formantur in ea regione, & sanguinem habet, & carnem per dulcem Lupis gratissimam, illique radix surgit è Terra ad ventris medium, & tandiù solo (ad fixā viuit, quamdiù vicinārum herbarum quasi pabulo circumdatur ergo signum est viuens posse generare dissimile in specie. *Animal vti planeta.*

24 Aristotiles pluries dicit viventia generari à causa vniuoca, vel à simili, sed intelligitur de causa vniuoca in genere, & non in specie vel à simili in primis qualitatibus. Cum enim natura non possit in his, & his circumstantijs generare sibi omnino simile, generat simile, quātū potest, vt diximus de monstris, dummodo habeat omnia requisita ad ge- *occurritur ob.*

nerationem, quæ sunt præcipue tria videlicet vt sit in statu perfecto non in statu senio, nec in nimis infantili ætate. Secundo vt non sint membris capta, aut vitiata. Tertio vt non sint ex viuentibus qui sine semine oriuntur sed tantum ex putri: quæ nascuntur ex putri in tantum dantur à natura vt ait Auicenna, quia multo deterius fuisset, materiā ita putrem permanere, quam pulices, & alia viuentia nasci quæ aliquo modo ad varietatem, & pulcritudinem vniuersi conferunt.

Requisita ad generat

Ex putri cur anima.

25 An vero viuentia à nullo modo viuentibus possint generari nihil certè potest statui prætermisso influxu Cœlorum ab intelligentia assistente prouenientevt alibi diximus; cum ex vna parte animalia nascantur ex putri, & ex alia parte non est causa præsens potens generare, cum nullo modo sit quoddam simile Ideo vel debet dici quod talia viuentia vt ranæ v.g. fungi nascuntur ex talibus qualitatibus præsentibus requisitis quasi instrumenta naturæ vel specificæ, vel genericæ talium Viuentium ex putri nascentium; seu quod Terra fuerit repleta ab initio seminibus minutissimis excitatis aut à calore solis, aut ab alio influxu cælesti, sicuti ferunt de Conchilia contrita, quæ in promontorio Siciliæ

liæ seminata superfusa aqua salsa Cōchilias producit: pariter Serpens mortuus seminarium est aliorum Serpentium, cui sententiæ fauet Aristotiles 3. de generatione animalium cap. vlt. vbi hæc habet. *Generantur autem in Terra, humoreque animalia, & Planta, quorum vnus in Terra Spiritus Calor animalis in viuentium inest; ita vt quodammodo plena sint anima omnia.*

Mortua seminarium viuorum.

26 Causa principalis, & efficiens generationis sunt parentes, qui æque principaliter concurrunt ad generationem, aliter non esset generatio à principio coniuncto, nec posset saluari cur generetur mulus ex coniunctione asinæ, & equæ, & licisca ex Lupo, & Cane; si enim solus mas concurreret actiuè, & fœmina tantum passiuè, certè mas solum semper assimilaret sibi passum ergo cum non assimilet, quando fæmina est diuersæ speciei à mare signum est quod etiam fæmina conatur facere sibi simile in specie, quod cum non possit obtinere actione maris conantis assimilare sibi, vterque assimilant quātū possunt, ideo producitur quid tertium. Adde quod (vt Medici asserunt) ex semine vtriusque septimo die tribus Bullis respondentibus Cordi, Hepati, & Cerebro formatur fœtus.

Femina actiuè concurrit.

Mulus

He-

27 Habetur ex dictis fœminam esse institutam à Natura maximo consilio, non casu, & ex defectu, quia cum natura intendat per se generationem maximum bonum, intendit etiam per se fœminam, quippe quæ est concausa ad generationem, sed non tantum quatenus prebet semen, verum etiam quia habet officinam in qua formatur Embrio, qui cum indigeat calore quò formentur semen, & coaguletur, & distinctionem partium recipiat, intra vterum bene tectum residet.

fœmina non est defectus

28 Causa instrumentalis generationis quin potius materialis geniti est semen, quod est confectum à sanguine puriori, cuius in tantum dicitur excrementum, non in quantum est eius fex, sed in quantú excedit nutrimentú quia indiuiduũ cum habeat nutrimentum plusquam sufficiens ex superabundantia sanguinis, ab illo natura secernit portionem puriorem, ac magis spiritosam, ut coquat in semen: hinc est quod à Galeno appellatur *necessarium excrementum. Dicitur necessarium* ad conseruationem speciei. *Dicitur excrementum*, Quia superabundat ex nutrimento. Illi ergo, ut Adolescentes, qui maximo nutrimento egent, uel parum, uel nihil seminis habent:

Sperma vade


In aliquibus non est semen.

Si-

29 Sicuti ad generationem Plantarum non requiritur totum semen, sed portio aliqua illius, ut constat in frumento, in quo seruato illæso corculo, quamuis reliquum sit maculatum, & rosum, tamen progerminat, ideoque formicæ erodunt Corculum, ne grana frumēti in cuniculis germinent, sed conseruentur: Ideoque ad generationem non est necessarium totum semen quod emittitur, sed sufficit portio, quæ sit bene concocta, & compacta, ut ait Tyrocinius Chymicus affirmans sufficere ottomillesimam ducentesimā partem seminis.

formicæ quo modo seruant frumentum.

quantitas seminis requisita



CEN-

CENTIL. LXXXIV.

De Anima Sensitiua.

Operationes animæ sẽsitiuæ

1 ANima Sensitiua pariter suas operationes, habet, quæ sunt sensus appetitus, & motus, quibus correspondent tres potentiæ, sensitiua scilicet appetitiua, & loco motiua. Patet enim animal obiecta cognoscere, & cognita vel appetere uel fugere, ac demum loco moueri ad obtinenda, quæ appetit, uel fugienda quæ odit.

Sensus externi quinque

2 Ad hoc ut fiat sensatio (infra enim dicemus de appetitu, & motu) requiritur sensus ut potentia qui est in dupplici genere: alij namque sensus sunt interni, de quibus postea, alij sunt externi scilicet uisus, auditus, odoratus, gustus, & tactus. Sunt quinque primo quia tot sunt corpora simplicia uidelicet elementa, & Cœlum: secundo quia quinque tantũ sunt obiecta propria nẽpè uisibile, audibile, odorabile, saporabile, & tãgibile. Tertio quia duo sensus externi sunt absolutè, necessarij qui que habent medium internum, uidelicet

qui necessarij.

licet tactus fundamentum animalitatis, & gustus ad nutrimentum, ideoque hi duo sunt in omnibus animalibus. Tres uero reliqui ad uitam beatiorem conferunt, & habent medium externum, quia parum refert si impediantur, cum non sint necessarij simpliciter; ideoque non reperiuntur in omnibus Animalibus nam Talpa non habet uisum, & Zoophita, neque uisum, neque odoratum, neque auditum: omnes tamen sensus ità sunt potentiæ passiuæ, ut etiam sint aliquo modo actiuæ, nam etiam si species recipiatur in potentia, tamen si simus ualde distracti, uel à sensibiliori obiecto, uel ab alio non sentimus obiectum ipsum, cuius in potentia sunt receptæ species: ergo non solum patiuntur, sed aliquo modo agunt in species receptas, hinc fit quod non sentitur dolor si aliquid grauius urgeat: bene igitur aduertit Aristotiles quod ad sensationem externam requiritur applicatio phãtasiæ.

Qui non necessarij.

Cur obiectum nõ sentiantur.

3 Requiritur pariter obiectum sensibile, quod est in triplici genere, nam uel est commune, quod scilicet potest percipi à pluribus sensibus, ut sunt magnitudo, figura, quies motus; numerus, & tempus, atque distantia, licet duo postrema secundum aliquos non distinguantur ab illis

obiectũ comune

obiectũ propriũ. illis quinque, vel est obiectum proprium quando potest percipi ab una tantum potentia, vt audibile v.g. ab aure vel est obiectum per accidens quando scilicet non immutat sensationem, sed est connexum *obiectũ per accidens.* per accidens obiecto quod sentitur, & ex ipsa sensatione aliquo modo manifestatur vt dulcedo lactis est. Obiectum per accidens, quia etiam si non sit dulcedo, tamen dicitur sensatio lactis, sed hoc vel reducitur ad proprium. vt in exemplo posito, in quo reducitur ad gustum: vel ad comune.

4 Quia non potest semper obiectum esse immediate præsens, ideo tunc quando est absens, & distans requiritur. *Species quæ est qualitas existẽs* *Species quæ.* *in anima eamque determinans simpliciter ad immediatam perceptionem talis obiecti.* Hoc tantum euenit non per similitudinem formalem, quam habet cum obiecto, seu per similitudinem entitatiuam, cum neutra ad sit, sed per virtualem, scilicet per aliquam specialem connexionem, quam suapte natura saltem de facto habet cum hoc obiecto, quod hic, & nunc dependenter à tali qualitate repræsentatur.

Dantur species 5 Quod autem species, seu talis qualitas determinatiua (lato sumpto vocabulo) detur; patet tam in potẽ-

tijs

tijs cognoſcitiuis internis quam in ſenſibus externis, In prioribus, quia non poſſumus v. g. recordari de re alias percepta dummodo ſit diſtans & non excitans potentiam cognoſcitiuam, ergo debet dari ſpecies quâ excitata recordamur. In ſenſibus externis, quia non poſſemus elijcere ſenſationem de obiecto diſtanti, niſi emitteret aliquam qualitatem ad ſenſorium, quia diſtans vt diſtãs ſi aliquo modo non ſit præſens ſaltē per aliquid ſui, non poteſt determinare ad operationes Phyſicas, ergo vt videam parietem diſtantem, debet emittere aliquid ſui ad meum oculũ, aliter daretur actio in diſtans, quæ non datur ſi emittitur ſpecies ab obiecto ad ſenſum.

Datur etiã in externis ſenſibus.

6 Debent emitti ab obiecto ad ſenſum qualitates, ſeu ſpecies, & nō ab oculo in obiectum, ita vt fiat viſio v.g. extrinſeca, quia quæuis ſenſatio fit per intra ſuſceptionem qualitatis, cum in illo loco debeat dari talis qualitas, in quo fit ſenſatio, ſed ſenſatio fit in organo, nam eſt actus vitalis ergo debet fieri in potentia vitali; actus enim vitalis eſt actus immanens, non tranſieus, ergo recipitur in potentia vitali, quæ cum ſit animata debet dici quod talis qualitas, & ſenſatio, licet materialis partialiter recipiatur in animã, etiam

Senſatio vbi fiat.

ra-

rationalem: Quoniam actus vitales ab anima emanant, & insunt in ipsa parte animata.

7 Quamuis statutum sit requiri ad sensationem obiecti distantis speciem lato sumpto vocabulo: non per hoc admitto, tantum species intentionales, seu immateriales & quæ dantur quasi spirituales, cum in instanti perueniant ab obiecto ad potentiam, & quam plurimæ in eodem puncto penetrentur, & est tota in toto, & tota in qualibet parte spatij positi inter obiectum, & sensum. Primo quia Species intentionales nõ possunt agere nisi per lineam rectam vt fatentur, qui eas ponunt, & patet ex experientia in visione, & tamen experitur quod species emissa ab obiecto sonoro in potentiam auditiuam non iniunt rectas vias sed obliquas. Secundo qnia species intentionales nõ possunt representare obiectum aliter ac est in se, & tamen videmus quod qualitas exiens ab obiecto in oculum aliter representat ac est in se, vt obseruamus in baculo semi immerso in aquam, quod repræsentatur fractum, & tortuosum, cum sit integrum, & rectum. Neque potest saluari hoc ab ipsis per refractionem, cum species intentionales non habeant nec contrarium nec impedi-

Impugnantur species intentionales.

An sensus erret

pedi-

pedimentum, & tamen diuerso modo sentitur obiectum ac est in se, ergo est diuersa qualitas quam species mere intentionalis.

8 Quomodocumque tamen eueniat diuerso modo aliquando ac est in se obiectum sentiri non potest dici quod propriè, & formaliter sensus erret, neque circa obiecta propria neque circa communia, quia tunc propriè, & formaliter non errat sensus, quando elicit sensationem conformem speciebus, & qualitatibus receptis sed sensus hoc modo semper eliciunt sensationem. Quando vero videtur Baculus semi immersus in aquam fractus, licet non conformetur cum obiecto mediato scilicet cum baculo integro, tamen conformatur cum obiecto immediato videlicet cum speciebus ab obiecto emissis, quæ species cum emanent à medio denso in medium rarius refranguntur à perpendiculari, & sic faciunt talem sensationem: Ita etiam dum est alterata potentia per aliquam qualitatem alteratur etiam species, quæ excitat talem sensationem, quæ quamuis diuersa ab obiecto, tamen potentia non errat nisi materialiter, non vero formaliter: quemadmodum erraret si repræsentaret diuerso modo à speciebus receptis; sicuti erraret; vt ita di-

dicam si aqua frigefacta calefaceret; sicuti etiam erraret peccato mendacij, qui in locutione non se vniformat cum specie interna, quà habet, licet conformetur cum obiecto, adeoque verũ materialiter dicat. Recte igitur S. Thom. in 3. dist. 38. p. p. asserit mentiri (quod dicitur à mẽte) esse peccatum formaliter: mendaciũ dicere autem, non esse peccatum, cum locutio se conformet cum mente, quamuis se difformet materialiter ab obiecto, ergo eodem modo, cum potentia se conformet cum speciebus non errat, præsertim cum munus sensuum non sit examinare veritatem. Itaque quando videtur. Circulus igneus in aere, dum circũ agitur ferrum ignitum, quod non est in omni parte Circuli eodem tempore; vel quando accidit alia similis sensatio diuersa ab obiecto debet dici quod potius phantasia, quam sensus formaliter erret.

mendacium quando peccatũ,

quando non.

CEN-

CENTILOQ. LXXXV.

De Sensu Tactus.

1 TActus est organum in quò fit sensatio tangibilis, tale organum sunt nerui, & partes neruosæ, & quæ à neruis procedunt, quorũ per totũ corpus est diffusio: in partibus enim neruosioribus acerbior fit tactus, vt in manibus pedibus genitalibus, & similibus, & hoc sentit Aristotiles hic Tex. 116. dicens carnem ad sensum tactus, & linguã ad sensum gustus se habere, vt aer, & aqua ad sensum visus, & auditus, nempe vt medium, & non vt organum. *Tactus quod.* *Eius organum.*

2 Quia nerui extenduntur per totum corpus, ideo in toto corpore datur tactus, qui cum maxime omnium delectet, magis omnium exitiale bellum menti infert, & quod peius est, vt loquitur S. Augustinus illius est pugna continua, sed rara victoria. Quanto magis mollior est Caro eo perfectior est tactus, quia facilius afficiuntur nerui, & partes *perfectior tactus*

tes neruosæ ab obiecto tangibili.

3 Democritus vnum sensum tactus solum agnouit asserens quemcumque aliam sensationem fieri per tactum. Eum impugnat Aristotiles, de sensu, & sensibili varijs rationibus Et certé in verisimilis apparet sententia Democriti, primo quia valdè diuersus est tactus à visione, quam tactus ab alio tactu quomodocumque diuerso. Secundo quia diuersa obiecta requirunt diuersas potentias, sed obiecta (vt uidimus) propria sunt quinque, ergo quinque etiam sensus. Istis tamen rationibus cum possit responderi, & cum ex alia parte experiamur, quod ad hoc fiat quælibet sensatio requiritur cõtactus obiecti vel alicuius suì, non improbabile asserimus tactum esse fundamentum vniuscuiusque sensationis.

Obiect à tactus.

4 Obiectum tactus sunt primæ qualitates, & ex illis prouenientibus quæ tangibiles dicũtur vt sunt molle, Durum Asperum, & leue, ac omne, id, quod potest alterare temperiem Animalis per tactum, cum tactus præsertim in homine consistat in maxima, perfectissimaque temperie qualitatum. Quæ ergo sunt contra talem temperiem pertinent ad Tactum, vt optimè apud Albertum Magnum Sum. de hom. Tract. de

hac

hac re quæſt. vltima.

5 Cum ad tactum faciendum ſit importuna diſtantia obiecti cum id debeat eſſe contiguum, certe non habetur ſenſatio tactus per ſpecies intentionales, ſed per eſſe reale obiecti tangibilis, ſi enim haberetur per ſpecies intentionales in vno eodemque inſtanti poſſemus ſentire ſummum frigus, & ſummum Calorem, cum ſpecies contrariorum non ſint inter ſe contrariæ. Dicere quod non datur ſubiectum habens iſtas qualitates in ſummo, non eſt euitare difficultatem, tales enim ſpecies ad inuicem non expelluntur ab eodem puncto aeris, cum non ſint inter ſe contrariæ, ergo poſſent in eodem iſtanti ſentiri, & ſummus Calor, & ſummum frigus, cum ſint debitè iſtæ qualitates applicatæ ſenſorio, imo in primo inſtanti ſentiretur ſummus Calor

6 Non obſtat quod ſenſibile ſupra ſenſum nō faciat ſenſationem. vt Ariſtoteles, & experientia docent Quia non intrinſecè recipitur tangibile ſed inhæret ſenſui, & etiam ſi ſenſatio fiat intra, tamen ſentitur corpus impellens, vel aliquo modo reſiſtens, quod cum afficiat cutim, & carnem, afficit etiam per compreſſionem ſaltem tactum, ideſt neruos, & partem neruoſam In tantum autem *Obiect.* *ſolut* 1

non sentitur Calor naturalis intrinsecus, quia, est secundum propriam temperiem, & quando perturbatur à propria temperie vt v. g. in febri, sentiuntur exhalationes illæ calidiores in cuti, in qua sunt nerui teneriores. Illa vero aeris sensatio quæ experitur in manu frigidissima per accessum ad gnem, oritur ex ipso frigore magis intenso per consistentiam contrarij, & sic læditur magis sensus, in quo inhæret illa sensibilis qualitas. Hinc apparet altera solutio ad argumentum quod sensibile supra sensum non facit sensationem

1 *solut.* loquendo de illis sensationibus, quæ requirunt medium inter obiectum, & potentiam, vt est visio quæ non potest fieri si non intersit medium illuminatum, & in tali sensu proprié verificatur propositio nēpe quod sensibile supra sensum non facit sensationē.

CEN-

CENTIL. LXXXVI.

De Sensu Gustus.

1 GVstus est Organum, in quò fit sensatio gustus, qui residet in lingua, & Palato vt constat experientia, & sentit Aristotiles pluribus in locis, & præcipuè 2. de anima. Tex. 104. atque Tol. hic q 28. ait esse pro riè in neruis mollioribus, qui ad cuspidem vsque linguæ protenduntur. *Gustus quid.* *Eius organum.*

2 Eius obiectum est Sapor, qui ab Aristotile de sensu, & sensibili cap. 4. dicitur. *Passio in humido aqueo facta à sicco Terrestri calore decoquente gustum qui in potentia est ad actum per alterationem deducens.* Per primas particulas explicatur causa materialis quæ est *humor, & siccitas*, per aliam particulam causa efficiens quæ èst *calor* : facta igitur permistione ex siccitate, & humiditate; accedente aliqua actione per calòrem fit sapor, cum ita permisceatur siccum cum humido, ideoque res *Eius obiectum* *Sapor qui.* *sapor vbi non*

siccæ, & prorsus adustæ nullum amplius habent saporem, qui certe prouenit ex permistione primarum qualitatum, quibus variatis variatur etiam sapor.

Quot sapores.

3 Quam plurimi sapores numerantur à Galeno lib. de simpl. medicam. facultate cap. 38. & à Plinio lib. 15. cap. 25 ex pluribus permistionibus tredecim narrantur sed ab Aristotile hic Tex. 105. enumerantur octo sapores, videlicet dulcis, vt in melle; Amarus, vt in opio pinguis vt in oleo, Acerbus, vt in Pomis immaturis. Salsus, vt in aqua marina, & sudore, Acer vt in pipere, & Allio, Acutus, vt in Raphano; Acidus, vt in oleis.

Qui sapores

4 Dulcis, & Amarus sunt quasi extremi sapores; omnes alij medij, nam dulcis consurgit ex temperamento Calido, & humido, ac proinde magis naturæ accommodatus, Amarus vero ex calido, & sicco, qui autem accedit magis ad talem temperiem magis etiam participat de tali sapore, ideoque Aristotiles ait quod pinguis hæret dulci, salsus amaro. Hinc fit quod alicui plus delectet Sapor dulcis quouis alio, alteri vero plus amarus iuxta proprium temperamentum.

Vnde amarus

Varietas gustus.

5 Ad hoc vt fiat gustus non requiritur species intentionalis, non solum quia non debet suppleri distantia, ad quem finem instituta est species à natura, obiectum enim Corporaliter est applicatum potentiæ; verum etiam quia si darentur tales species in instanti sentiretur sapor. Quinimmo in eodem instanti posset sentiri sapor dulcis, & amarus; nam species intentionales, nec impedimentum habent, nec inter se contrarietatē.

Non requiritur species intentionalis.



CENTIL. LXXXVII.

De Sensu Odôratus.

1 ODoratus est organum in quo excipitur odor, est in Naricibus vt docet Aristoteles 2. de partibus Animalium c. 16. Sed quia experitur odor in superiori parte narium, in qua sunt caruncu‑læ mamillares; illæ sunt propriè Organum, cum ex alia parte assignari non possit aliud magis idoneum neque aliudmunus in illis est. Dicitur fieri in Naricibus quatenus accipitur totum pro parte, vt Sapor dicimus quod fiat in ore.

Odoratus organum. est.

obiectũ.

2 Obiectum Odoratus est odor, qui ab Aristotile de sensu, & sensibili cap. 5. dicitur *Qualitas secunda orta ex permistione primarum prædominante calido, & sicco*, Ex quò patet requiri aliquam humiditatem, nam ex corporibus omnino esiccatis non excitatur odor, sed quamuis requiratur humectatio, debet tamen præualere caliditas, & siccitas: ab humiditate enim, & frigiditate præua-

Odor quid.

ualentibus impeditur odor : hinc ſit quod mane, & hyeme minus oleant flores, quam meridie, & æſtate. Pariter Terra ex frequentia pluuiæ non olet amplius, vbi ex modicitate pluuiæ ſentitur odor, quia in principio præualet ſiccitas, & Caliditas.

3 Dicere quod in eodem Corpore non poſſit eſſe ſapor, & odor ſimul, cum ille ex prædominio humiditatis, iſte vero ex prædominio ſiccitatis oriatur, non obſtat, ratione diuerſarum particularum, in quibus dum eſt prædominium humiditatis eſt ſapor, in quibus autem eſt prædominium ſiccitatis, eſt odor; ideo nimia diligentia obturari debent Ora vaſorum, ne auolent exhalationes ſicciores ex aquis Odoriferis licet valde humidis. *quomodo ſapor & odor ſimul.*

4 Odor eſt ſecunda qualitas quæ oritur ex primis, in quibus ſeiunctis licet non ſit, tamen dum permiſcentur pariunt odorem: Sed quia permiſtio poteſt fieri multipliciter, ideo multipliciter etiam odor, cuius quaſi extremitates ſunt fætor, & odor, fætor enim fit prædominante humiditate, nam ex calido, & humido oritur putrefactio à qua vt ſeruentur Carnes, & piſces, & alia quæ facilè corrumpi poſſunt, & putrefactionem pati poſſunt, ſale perfunduntur. *Vnde Odor.* *Fetor*

Ad

5 Ad hoc vt percipiatur odor non requiritur species intentionalis, quia præter rationes supra adductas, certe non perciperetur odor nisi per lineam rectam, quod tamen est falsum, vt patet experientia; itaque melius dicitur diffundi odorem per eruptionem corpusculorum ex substantia odorifera: patet ex dictis, cum maximè conferat Calor ad Diffusionem odoris. Quando verò Aristotiles loc. cit. reiecit sententiam Heracliti ponentis odorem esse vaporem, & exhalationem fumosam, adeoque eruptionem corpusculorum, intellexit Aristotiles odorem non fuisse substantiam tantum vt videtur sentire Heraclitus; sed esse odorem ex permistione primarum qualitatum.

Nõ diffunditur per species,


Per corpuscula.

6 Dicere quod est inverisimile talia corpuscula odorata diffundi ad tantum spatium, cum de Vulture narrent historiæ eum olfacere vsque ad quinquaginta millia passuum; imò Albertus secundò de Anima cap. 27. differit Vultures olfecisse Cadauera ad spatium quinquaginta leucarum, facilis est solutio, tum quia potest transportari a vento exhalatio odorifera, vt legitur ventum detulisse exhalationes pestiferas ab vna ad aliam remotissimam Regionem: Tum quia patet

ex-

experientia diffundi granum Thuris, ita, vt millies fumo repleat totam aulam, & afficiat corpora contigua præsertim quæ sint mista, & quæ habent homogeneitatem cum odore: Corpora enim simplicia vt sunt Elementa non valent diù fouere odorem adnexum, vt patet in aqua. Tum Demum quia excellentia in aliqua potentia ita mirabilis experitur, vt quædam quasi incredibilia operetur. Aquila enim ex summitate montis vidit cuspidem acus in Valle; non est igitur mirũ, quod aliquod Animal ita polleat potentia odoratiua, vt ad maximum spatium olfaciat.

qua corpora odorē retineant.



CENTIL. LXXXVIII.

De Auditu.

Auditus organum. 1 POtentia auditiua, quæ est organum, in quò fit auditus, est Auris, quæ post meatum angustum, & rotundum, ac tortuosum habet Membranam, quæ (vt diximus) Tympanum vocatur, cum ad modum Tympani tendatur: post membranam, seu Tympanum, sequitur meatus, qui ab Aristotile coclea dicitur, & ab alijs Peluis, in quo continetur aer congenitus: Tympano alligantur illa tria ossicula, malleus scilicet, Incus, & stapes ope cuiusdam tenuissimi Nerui, qui mẽbranæ perinde ac neruus militari Tympano extenditur, vt distinctè explicatum est alibi. *Auditus vbi.* Auditus non fit in aere congenito, quippé qui non est animatus, neque in illis ossiculis, cum habeant tactum, & sensationem obtusam, ergo propriè fit vel in neruulo, vel in Tympano, quæ est pars neruosa seu vt melius dicam in utroque: Cæteræ partes ibi positæ sunt requisita, & ita debet intelligi Aristoteles secundo de partibus

tibus Animaliũ cap. 10. vbi assignat organum auditus esse aerem innatum.

2 Obiectum auditus est sonus, qui oritur ex collisione corporum solidorum, vt dicitur ab Aristotele asserente sonum esse collisionem solidorum, sed non in rigore debet accipi particula solidorum, verum quatenus hic & nunc ità se habent ac si essent dura; quod potest fieri vel per addensationem, vel per resistentiam fractioni, & scissioni citissimæ, vt est sybilus ex congressu ventorum & Tonitrua, quamuis Venti, & nubes sint corpora maximæ tenuitatis. Dicta definitio sonus potius explicat causam, quam essentiam sonus; sicuti *interpositio Terra inter Solem, & Lunam* explicat potius causam, quam essentiam Eclypsis Lunaris.

Obiectũ auditus

Sonus qui.

3 Sonus non est motus solum, sed ab illo distinguitur, licet nunquam fiat sine motu, non solum quia motus est sensibile commune vt diximus, & sonus a sola auditiua potentia percipitur, tum quia patet dari motus sine sono aliquando; & aliquando cum sono, & constat ex applicatione manuum ad inuicem. Aliquando enim in illa applicatione, datur sonus, aliquando vero non; licet detur motus in vtraque applicatione.

Sonus non est motus

4 Neque potest esse eruptio corpusculorum; primo quia tot diuersæ locutiones non possunt fieri ab iisdem corpusculis homogeneis. Secundo quia aliquando deficerēt corpora per sonum, vt deficit odor per emissionem exhalationum odoriferarum. Tertio quia alibi impugnata est sententia componens corpora ex Athomis, & corpusculis vt Cent.67. nu.11.

Neque per species

5 Neque sonus auditur per species intentionales; primò quia nunquam audiretur sonus, cum species non possunt agere nisi per lineam rectam, vt sunt species visuales, cum non sit maior ratio de vno, quam de alio, & tamen auditur sonus per lineam tortuosam, quæ reperitur in sensorio auditus. Secundo quia species intentionales dependent in conseruari à sono reali, sed auditur sonus, etiam corrupto sono reali, ergo non possunt esse species intentionales. Tertiò efficaciter quia sentiretur eodem modo sonus tam posito impedimento, quam non posito, tam occluso, quam recluso aere, cū species non habeant contrarium nec impedimentum, & tamen contrarium euenit experientia duce.

6 Sonus itaque non fit, & non peruenit ad sensorium, quam ex collisione solidorum Crispante tali, &

tali

tali modo aerem, qui cum impingat in Tympanum sonum repręsentat. Hoc modo cessant omnes difficultates, & bene explicatur non solum propagatio sonus, verum etiam efformatio Echus, nam impingendo aerē crispantem in tali Cauitate tali ac tali modo disposita, potest reflectere, & reddere sonum tot vicibus quot sunt Cauitates simili modo dispositæ vt narratur de celeberrima illa Echo Olimpiæ reddente septies easdem plane voces, vt ait Plinius lib. 36. c. 15. fàcili etiam negotio per hanc sententiam explicatur quomodo sonus distans post spatium temporis audiatur, cum ille aer crispatus immediatè causans sonum in aurè, habeat uim sonum repræsentandi distantem. Echus

7 Aliqui dicunt quod sit inesplicabile quomodo audiatur sonus Cicadæ flante vento vehementi ex opposita parte, sed certe facile intelligitur hoc, si aduertatur quod allisio aeris ex membrana Cicadæ est intensior (data paritate quantitatis aeris) sicuti est emissio sagittæ, & explosio nuclei Cerasæ e digitis Pueri etiam flante vento contrario vehementissimo. Si aliquando intentior ventus esset, quam crispatio aeris ex collisione corporum perturbare- occurritur ob.

retur sonus, quod non accideret si fieret per species intentionales. Quod autem sit intentior ventus Crispatus seu aer à Membraña Cicadæ vel a corda pulsata Citharæ, quam ventus vehementissimus (licet iste sit extensior) pàtefit alia experientia, quia si ventus quamuis vehemens impingat in pede podagra v: g. laborante non fit tam acris sensatio, sicuti fit à percussione cordæ inter pulsandum abscissæ.

Dissolutio ob.

8 Neque ex tali modo explicandi sonum sequitur quod deberent perturbari, & non audiri distinctè soni oppositi, qui aliquando vniuntur in eodem aere pluribus canentibus, & pulsantibus varia instrumenta musicalia in oppositis partibus. Primo quia rarissimè contingit, vt in eodē prorsus instanti, in quo unus loquitur vel canit, vel pulsat; alius, & loquatur, vel pulset uel canat etiam si inter tales sonus indiscernibile interuallum intercedat; sed si hoc accideret cum æquali distantia in eodem prorsus tempore, & cæteris paribus, certè perturbaretur, & non discerneretur diuersitas, & hoc aliquando accidit, quod non eueniret, si per species intentionales propagaretur sonus, cum species contrariorum non sint contrariæ; adeoque

que inter se non sunt impedimenti. Secundo quia non sunt pulsationes in æquali prorsus distantia, & cum æquali impulsu, & ab æqualibus collidentibus aerem. Corda enim Cytharæ subtiliori modo crispat aerem, quam organum v.g. vel Tympanum:

9 Tertiò quia cum illæ crispationes sint tenuissimæ, vna non impedit aliam regulariter, & vnaqueque peruenit ad suam portionem auditus, in quò fit vna sensatio, cum perueniat vna tantum crispatio; impulsus enim factus ex collisione corporum imprimitur primæ parti aeris, qui circulariter mouetur, & impellit secundam partem, & secunda impellit tertiam, & sic successiuè ut videmus accidere in aqua crispata per lapillum iniectum, & sic fit una sensatio auditus ex vno sono, quia vna crispatio est illa, quæ proportionatè peruenit ad Tympanum, dummodo non fiat reflexio per Echum, quia tunc resplicatur crispatio, tot vicibus, quot sunt impingentiæ in cauitatibus bene dispositis. *Quomodo vnus auditus*

10 Non inquacumque impingētia sonus fit Echus, quia non est aptum quodcumque impedimentum, in quod impingit aer Crispatus a so- *Requisita ad Echum.*

sono ad efformandam Echum, sed requiritur Cauitas tali, & tali modo statuta, nam ad expromendum sonum requiritur vt corpora sint solida vel quasi solida, leuia, concaua, & quæ multum habeant aeris, imo etiam expòlita saltem ad talem effectum pariendum, quorum partes sint bene connexæ, ideoque perfectà connexio parietum, & fornicis in aula, & Cubiculo percipitur, & comprobatur ex resultantia sonus.

Sonus duratio & propagatio.

11 Sonus durat ad Certam distantiam, nam cum crispationes sint tenuiores, & tenuiores, hinc fit vt ex se ipsis deficiant, & in maiori distantia magis tenuis percipiatur etiam sonus, quod non potest explicari in speciebus intentionalibus, quibus cum non sint nec contrarium, nec impedimentum resistens, non apparet quomodo in maiori distantia non percipiatur eodem modo ac in minori, & quomodo corrumpantur, & si corrumpuntur non apparet, quænam mutatio realis fiat in tali corruptione, quod est mirum, & nouum in natura. Sed non est nouum quod ex magis ac magis tenui sensibili experiatur non tantum quod sensibile

sibile deficiat propagari in maiori distantia, verum etiam ex subtiliori sensibili experitur perfectior sensatio, nam patet experientia ex vno Capillo auulso causante perfectiorem sensationem, quam si auellantur plures simul, idem constat ex cuspide acus, quæ causat meliorem sensationem superposita in manu, quam lapis superpositus.

Sensibilior effectus à tenuo iri.



CEN-

CENTIL. LXXXIX.

De Potentia Visiua.

Visio vbi.

1 POtentia visiua est oculus, in quo fit visio, quæ cum sit actus vitalis, & immanens, debet fieri in potentia vitali, vt probaui supra de omnibus sensibus, & præsertim de oculo suadetur, cum constet figuram obiecti refrangi in speculo ante posito, licet oculi non sint aperti, quod euincit ab obiecto emitti species in oculum, & non ab oculo in obiectum, ad hoc vt videatur obiectum. Et quamuis species obiecti sint in vnaquaque parte speculi, tamen vna imago solum videtur, quia solum illæ lineæ percipiuntur, quæ faciunt angulum æqualem in reflexione angulo incidentiæ: Vno solum modo potest hoc contingere, ergo vna imago percipitur ab oculo reflexa in speculo, si oculus est in puncto, quo reflectunt species obiecti ab angulo incidentiæ.

vna imago in speculo.

2 Visio non fit in puncto vnionis ner-

neruorum opticorum, primo quia illi nerui procedunt per tramitem valde flexuosum, quem non possunt tenere species. Secundo quia ab Anathomistis in corporibus rectè videntibus inuenti sunt Nerui optici separati. Tertio quia in tantum aliqui dicunt fieri visionem in puncto vnionis Neruorum, ne appareat obiectum geminatum: sed per compressionem, vel per attollentiam vnius pupillæ non potest fieri separatio neruorum, quando vere sunt coniuncti, & tamen per attollentiam vel depressionem oculi videtur geminatum obiectum, ergo aliunde petenda est ratio cur non appareat dupplex vnum obiectum visum dupplici oculo; cum etiam aures sint duæ, & tamen sit vnus auditus.

Non in neruis opticis.

3 Punctum vnionis Neruorum opticorum non est institutum à natura nisi, & vt nerui longo tractu nō flaccescant, vt explicaui supra, & vt illi Spiritus, qui non possunt operari in vno oculo, vel clauso vel impedito, possint succurrere alium; hinc est quod vno clauso distinctius ac rectius videtur altero oculo aperto, vt fidem facere possunt venatores.

cur vnio neruorum opticorum.

4 Ratio cur non videatur dupplicatum obiectum ex dupplici oculo, prouenit ex eo quod obiectum

non

Cur non gem. natum. non apparet in diuersa situatione respectu vnius oculi, & alterius, atque hoc euenit ex situatione oculorum in eadem recta linea, in eodem plano, vbi nõ terminant lineæ diuersæ. E contra ideo videtur obiectum

Quãdo geminatum. geminatum, quia pupillæ non sunt in eadem linea, & in eodem plano, sed vna eminentior altera. Et sic obiectum apparet in diuersa situatione respectu sui per vnam lineam altiorem, & per aliam demissiorem in eadem actione visiua. Ista autem diuersa situatio non potest percipi nisi comparatiuè, quia si obiectum esset in omnibus partibus, & in tota superficie omnino homogeneum in visibilitate, vt est paries v.g. albus, certe non apparet geminatus paries, cum nonpossit fieri comparatio cum diuerso situ. Imò clauso vno oculo, & alter attollatur vel deprimatur quamuis obiectum mutet situm per mutationem lineæ, tamẽ non discernitur, quia non potest comparari cũ se ipso viso in diuersa situatione altero oculo. Quod autem vnitas visionis prouenlat, quia pupillæ sunt in eodem plano, vt vult Aristotiles,

Vno visio. & firmat etiam Andreas, patet ex strabonibus qui si habent pupillam vertentem, vel ad dexteram vel ad sinistram dummodo sit in eodem plano cum alia pupilla, non videtur

tur geminatum obiectum, vti accidit dum pupilla est extra planum, vel supra vel infra. Hinc etiam prouenit quod non fiat dupplex auditus ex dupplici aure, quia vtraque potentia auditiua est in eodem plano, & in eadem linea. *vnus auditus.*

5 Neque visio potest fieri in humore Christallino, qui cum sit inanimatus vt alibi diximus de alijs humoribus, non potest facere visionem quæ est operatio vitalis. Imò si fieret in tali humore, essent superfluæ aliæ partes posticæ. Probabilius itaque dicetur visionem fieri in tunica retina quatenus aptior ad recipiendos à Cerebro Spiritus ad talem operationem necessarios: quinimmo in posteriori parte posita est adhoc vt humores anteriores iuuent ad perfectam visionem per refractioné. Adde quod illa pars est magis sensitiua cæteris in oculo, ergo aptior ad eliciendam visionem, quæ est operatio vitalis. *fit in tunica retiformi.*

6 Situs, distantia, & magnitudo obiectorum nó percipitur distinctè à potentia nisi comparatione facta cum alijs obiectis, quæ simul videntur, vel cum obiectis alio tempore perceptis, nam ut optime Aristotiles 10. Metaphysices cap. 2. & 3. in vnoquoque genere minimum, & indiuisibile est mensura ceterorú in suo ge-

genere, vel sit minimum, & indiuisibile in entitate vt contingit in numeris qui mensurantur per vnitatē, vel sit tale in ratione sensibilis, vt optime ibi docet Aristotiles, itaque cum tali respectu discernuntur sensationes. Atque sic licet duo obiecta, quæ sunt à me distantia per centum passus, & inter se per centum palmos v.g. distent, apparebunt inter se distantia per duos palmos, quia talis sensatio est similis alteri sensationi, quam percepi ab alijs obiectis mihi propinquis inter se distantibus per duos palmos. Hoc modo pariter dicimus Solem esse pedalèm, quamuis postea per exactiorem discursum appareat veritas.

mēsura cæterorum.

obiectū visus.

7 Obiectum potentiæ visiuæ cōmuniter assignatur, & lumen, & color, sed opinor melius Phylosophari si dicamus non distingui realiter species visibiles à lumine, & colores non esse aliud quam lumen vario modo reflectens ab obiecto, & pertingens ad oculum fauet Aristotiles 3. de Anima Tex. 18. aiens, quod *Lumen facit potentia existentes Colores, actu colores.* Patet primo ex quodam Phænomeno quod ita se habet. Si ponatur intra cubiculum bene clausum carta v. g. in quam ex paruo foramine radius luminis impingat, describitur in carta biectum

Solum lumen.

il-

illuminatum extra Cubiculum positum, & si multiplicetur foramen multiplicabitur etiam obiectum in carta, etiam si vere sit vnum obiectum extra: hoc tamen incommodi erit, quod delineatio efformabitur situ inuerso, sed adhoc vt acquiratur situs rectus est necessarium dupplex uitrum segmentum spheræ Vitreæ inter cartam, & foramen cum quadam debita proportione distantiæ, quæ debet esse, etiam in situ cartæ. Dupplex est necessarium Vitrũ quia appositio unius solum, quamuis possit causare distinctiorem delineationem; non tamen habebit uim inuertendi situm, sicut habet dupplex vitrum conuexum, seu dupplex segmentum Spheræ uitreæ, & non debet esse Vitrum concauum, quia hoc potius parit confusionem, cum nimis vniat radios uisuales Delineatio, quæ est in carta, reflectit orbiculariter ad oculum, sed species intentionales obiecti non possunt reflectere Spericæ tantum uerum faciunt angulum æqualem angulo incidentiæ per aduersarios in reflexione, ergo non sunt species obiecti in carta, sed lumen quod potest reflectere Sphericæ cum in quocumque loco ponatur oculus uideatur delineatio in carta.

Prima vat. ex Phenomeno.

Vitri concau.

8 In tantum uero lumen non ex-

occurritur ob. excitat in meo oculo semper uisionem obiecti quod est extra fenestrã, & in quod reflectit, licet tale lumẽ reflexum perueniat ad meum oculũ, in quantũ ad uisionem unius obiecti requiritur, ut perueniat ad oculum radius ualde distincte, nec permisceatur cum speciebus aliorum obiectorum. Quin etiam requiritur quod potentia non distrahatur ab alio uehementiori sensibili, quod contingit dum fenestra est aperta, & non accidit in supra exposito Phænomeno, in quò uidetur delineatio in carta, cum aliunde non sit illuminatum cubiculum, ideoque nec ualidius sensibile:

2 ratio validissima. 9 Patet secundò quia lumen per Aduersarios est obiectum uisus, ergo uel uidetur per se solum, uel per species. Si primum, ergo semper eodem modo debemus discurrere, nam si potest uideri lumen quod est obiectum uisus, & ipsum etiam luminosum per ipsum lumen potest uideri absque speciebus ergo pariter absque speciebus potest uideri per lumen obiectum illuminatum reflectens lumen tali, & tali modo ad oculum. Si secundum: ergo ubi datur lumen debet emittere speciem sui ad hoc ut uideatur, sed hoc est falsum; nam si radius Solis transeat per foramen tenue in cubiculo bene clau-

so

ſo ad aliud foramen e Regione poſitum, non videtur radius ſolaris tranſiens per illa foramina, & tamen poteſt emittere ſpeciem, ergo non videtur per emiſſionem ſpecierum, ſed per ſe ipſum; & ſic per nos bene ſaluatur Cur non videatur in caſu propoſito, quia radius nec directè, nec reflexè pertingit ad oculum: itaque ſolum videtur quādo lumen peruenit ad potentiam. Hinc habetur determinatio, quod lumen non ſit ſolum, vt conditio, & vt medium ad viſionem, ſed vt ſpecies.

Quando fiat viſio.

Lumen quomodo in viſione.

10 Patet tertio ex collo Columbæ, ex Iride, ex cauda Pauonis, ex vitro Trigono. & ex eo, quod ſi proponatur vitrum viride v. g. inter lumen, & parietem album, non videbitur paries albus, ſed viridis coloris: pariter ſi reflectat lumen in alio corpore rubicundo, & poſtea impingat lumen reflexum in parietem album, certè non videbitur amplius albus: ſed rubicundi coloris: imo ſi ponatur corpus coloratum vario modo radiis ſolaribus multoties variabit ſenſationem, vel ex varia poſitione oculi, vel obiecti, & poſſunt adduci aliæ ſexcentæ experientiæ, ergo ſignum eſt, quod lumen diuerſo modo terminatum ab obiecto in po-

Tertia ratio, ex inſtantiis.

Varietas viſionis

tentia excitat varias sensationes, & non color. Quando vero non variatur sensatio signum est, quod lumen ineundo tales, & tales vias causat talem sensationem in potentia ex simili terminatione ipsius ab obiecto in potentia.

11 Dicant quæso Aduersarii quid est quod videtur quando paries per ipsos est albus, & apparet viridis coloris per appositionem, vel vitri, vel alterius corporis viridis, vel e Regione, vel in intermedio. Certe non erit species parietis, quia paries non habet viriditatem per ipsos, neque species, quia non potest repræsentare obiectum aliter, ac est in se. Respondent esse reflexionem luminis in talibus casibus; adeoque esse colores apparentes, non reales. Sed contra primo; quia causant eãdem sensationem, ergo omnes eodem modo. Contra secundo, quia si petas ab ipsis cur in talibus casibus colores sint apparentes, in aliis vero obiectis sint colores reales, statim respondent, quia colores reales persistunt; apparentes uero non persistunt, vt in istantiis allatis, & similibus. Atque fateor numquam legisse apud Auctores, nec audiuisse aliam responsionem a viris doctis, qui quantũ in hac re a veritate

Ingulatio Aduersariorum.

aber-

aberrent. Patet primo, quia si diù esset in aere expansum vitrū viride v.g. certè omnia obiecta viderētur coloris viridis, ac ita persisterent, & consequenter possemus dicere omnia illa obiecta habere colorem viridem realem, & non apparentem, cum perseueret, & tamen hoc ab Aduersarijs non debet admitti. Secundo, quia persistentia nō mutat esse, quod constat inductione in omnibus; nam quod homo moriatur in pueritia, uel in senectute, & quod flamma, uel statim extinguatur, uel perduret nihil facit ad esse, & ratio a Priori est, quia esse habetur a prædicatis essentialibus, & non a maiori, vel minori duratione, ergo cum ex vna parte non possint aduersarii negare, quam plurimas sensationes in uisu prouenire a lumine reflectente, & ex alia parte non apparet disparitas in aliis sensationibus; necessitantur concedere omnes sensationes visus fieri eodem modo, nempe a lumine tali, & tali modo terminato ab obiecto in potentia.

Perduratio nō mutat Esse.

12 Diuersa definitio coloris, & luminis. *Ille enim definitur* ab Aristotile *quod sit motiuus perspicui, quatenus perspicuum est*, arguit distinctionem formalem, vlterius quatenus potest excitare tales, & tales sen-

Color quid.

Quid lumen.

sensationes in potentia visiua. Artes tinctoriæ, & picturæ, & alia similia, in tantum dantur in quantum ex varia combinatione in corpore posita habet vim reflectendi lumen, vt tali modo faciat disgregare visum, & tali modo cōgregare &c Nec per hoc potest dici quod sit quæstio de nomine, quia aduersarii vltra superficiem corporis, & lumen volunt colores, qualitates realiter diuersas ab illis, vt excitari possit visio; ego autem nego illas qualitates, vt quid frustraneum cum munus illarum possit suppleri a lumine modo supra explicato, nec dantur colores non dato lumine, quod ab Aduersariis non admittitur.

Occurritur obiect.

An quæstio de nomine

13 Itaque non nego sensationes in oculo disgregationem v. g. vel congregationem visus &c. sed nego istas seationes a coloribus persistentibus in ipso obiecto, & a speciebus ab ipso emanatis diuersis a lumine reflectente tali, & tali modo terminato, quod tunc dicitur proponere species alicuius obiecti, quando ducit nos in cognitionem illius obiecti immediatè, nā quando ducit nos in cognitionem obiecti mediate, non dicitur rigorose species, vt est quando reflectit in imaginem depictam v. g. Pontificis,

Lumen quod est species obiecti.

quia

quia immediate facit venire in cognitionem picturæ, & mediate Pōtificis, igitur picturæ est species propriè, non Pontificis: quando vero prouenit immediatè a Pontifice, tunc est propriè eius species: sicuti quando est immediatè a Sole est eius species, & non quando reflectit a pariete, tunc enim est species parietis proprié, cum immediaté proueniat a pariete; sicuti illa dicitur species interna, quæ ducit in cognitionem immediatam rei, & sic quia amor quem elicio circa Petrum v. g. non facit venire in cognitionem immediatam Petri, sed amoris, ideo propriè non est species Petri; Sicuti esset illa, quæ excitatur tantum, vt immediate Petrus innotescat.

Species propria quomodo est.

14 Pro complemento obiecti visus, quod est lumen, restat videre an diffundatur in instanti per totam sphæram suæ actiuitatis, an vero successiué. Licet videatur iā statuta hæc quæstio, cum supponatur communiter ab omnibus experientia firmata diffundi in instanti, tamen quia Deus dedit tantam vim ingenii, ut per demonstrationes Phylosophicas detegi possint Arcana naturæ, & explicari per comparationem ad alios gradus, quæ aliunde apparent diuersa,

Lumen non diffundi in instan-

nec creaturarum, nec Dei poterit fieri in instanti, & tamen scimus Deum operari multa in instanti, ut in infusione animæ rationalis in corpus, in transubstantiatione panis, & vini in Corpus Christi Domini, in creatione &c. Respondeo primo, quod est maxima disparitas, quia Deus in sui operatione nulli enti creato alligatus est, sicuti est creatura, ergo sicuti Deus non subiacet tempori, sed tempus subiacet illi, ita potest operari, ita vt non sit alligatus tempori. Respondeo secundo, quod Deus dum facit operationes in tempore non facit in instanti, quamuis possit citius & citius in infinitum, in quo consistit eius virtus infinita; tamen non potest in instanti, & hæc impotētia prouenit a natura tēporis, quod non admittit instans, sicuti diximus, quod diuisibile non potest reduci a Deo in puncto indiuisibili, quia mutaret eius naturam.

Deus non operatur in instanti

Ratiō tertia.

18 Probatur tertio, quia vnaquæque sensatio exterior fit in tempore, ergo etiam uisus, cum non sit maior ratio de vna, quam de alia. Respondebis patere disparitatem ex experientia, videmus enim statim obiectum, ac ponitur apertis oculis, sed non audimus statim

tim sonum, ac fit collisio corporum, præsertim dum est in aliqua notabili distantia. Sed contra, quia in tantum asserimus species aliorum sensuum externorum diffundi in tempore, quia habemus potentiam perfectiorem, nempe visum, quo possumus discernere talem diffusionem fieri in tempore; nam cum à longe videamus ictum v.g. Mallei supra incudinem, ex quo scimus oriri sonum, & cum non statim ille sonus pertingat ad aurem, rectè cõcludimus, sonum diffundi successiuè: at si esset cæcus, qui ex nullo capite sciret, quando nam ponatur ictus Mallei in incudine si interrogetur an sonus, quem audiuit, sit factus tunc quando audit, an paulo ante, certe respondet, esse factum tunc quando audit, quia non habuit vnde deprehenderet sonum diffundi successiuè, sicuti illi, qui pollent perfectiori potentia, nempè visu. Pariter in tantum nos non deprahendimus lumen diffundi successiuè, quia non habemus aliã potentiam sensitiuam exteriorem perfectiorem oculo, quã possimus discernere temporaneam propagationem radiorum uisualium. Quod non potest deprahendi sensibus percipitur intellectu, qui cũ moueatur rationibus, ac demonstrationi-

Cur visio apparet in instanti.

ac sunt in re; Ideo dicimus lumen non diffundi in instanti, sed successiue, tametsi imperceptibili tempore. Probatur primo, quia de ratione potentiæ creatæ est habere limitationem in omni genere, sed lumen est potentia creata, ergo habet limitationem in omni genere, sed si diffūderetur in instanti nō haberet limitatatam potentiam in ratione diffusionis, nam illud non habet limitatam potentiam in ratione diffusionis, quod non potest diffundi velociter, & minori tempore in certa distantia, sed quod diffunditur in instanti, non potest diffundi citius, & minori tempore, cum instans sit indiuisibile, nec possit dari quid minus indiuisibili, ergo si lumen diffunderetur in instanti, non haberet limitatam potentiā, adeoque limitatam perfectionem in ratione diffusionis ex natura sua.

Prima ratio.

15 Respondent lumen non habere limitatam potentiam, quia non habet contrarium. Sed contra est, quia limitatio potentiæ non desumitur ab alio, quam a propria natura; hinc est, quod quamuis Angelus non habeat contrarium, adhuc tamen habet ita limitatam potentiam, vt descendendo de Cœlo ad Terram vsq. non transit in instan-

Robora-tio.

instanti totam illam intercapedinem, sed in morula temporis, certè breuissima. Si ergo Angelis concessum non est moueri in instanti, quamuis spirituales, quomodo potest dici tali virtute pollere Sol v.g. præsertim cum lumen diffusum sit quantum, adeoque materiale.

16 Probatur secũdo, quia tẽpus, uel cõstituitur ex durationibus indiuisibilibus, vel diuisibilibus. Si secũdũ, ergo cũ instantia non dentur, neq; potest esse operatio in instanti. Si primum, ergo non fit duratio, quia instans unitum instanti, non facit extensionem durationis, sicuti diximus de puncto, quod unitum altero indiuisibili non facit extensionem. Et ratio euidentissima est quia instans, uel imbibitur secundum se totum cum alio instanti; uel non. Si secundum, ergo non est amplius instans indiuisibile, sed duratio diuisibilis, cũ habeat partes, & partes, nam secundum unam partem imbibitur non vero secundũ aliam. Si primum, ergo eodem modo dicite de aliis instantibus, ergo non potest esse extensio durationis. Cum itaque tempus non constituatur ex indiuisibilibus instantibus; nec actio poterit esse in instanti.

Roboratio secunda.

Temporis compositio.

17 Dices, ergo nulla operatio

r 4 nec

ac sunt in re; Ideo dicimus lumen non diffundi in instanti, sed successiue, tametsi imperceptibili tempore. Probatur primo, quia de ratione potentiæ creatæ est habere limitationem in omni genere, sed lumen est potentia creata, ergo habet limitationem in omni genere, sed si diffũderetur in instanti nõ haberet limitatatam potentiam in ratione diffusionis, nam illud non habet limitatam potentiam in ratione diffusionis, quod non potest diffundi velociter, & minori tempore in certa distantia, sed quod diffunditur in instanti, non potest diffundi citius, & minori tempore, cum instans sit indiuisibile, nec possit dari quid minus indiuisibili, ergo si lumen diffunderetur in instanti, non haberet limitatam potentiã, adeoque limitatam perfectionem in ratione diffusionis ex natura sua.

Prima ratio.

15 Respondent lumen non habere limitatam potentiam, quia non habet contrarium. Sed contra est, quia limitatio potentiæ non desumitur ab alio, quam a propria natura; hinc est, quod quamuis Angelus non habeat contrarium, adhuc tamen habet ita limitatam potentiam, vt descendendo de Cœlo ad Terram v.g. non transit in instan-

Roboratio.

instanti totam illam intercapedinem, sed in morula temporis, certè breuissima. Si ergo Angelis concessum non est moueri in instanti, quamuis spirituales, quomodo poterit dici tali virtute pollere Sol v. g. præsertim cum lumen diffusum sit quantum, adeoque materiale.

16 Probatur secūdo, quia tēpus, uel cōstituitur ex durationibus indiuisibilibus, vel diuisibilibus. Si secūdū, ergo cū instantia non dentur, neq; potest esse operatio in instanti. Si primum, ergo non fit duratio, quia instans unitum instanti, non facit extensionem durationis, sicuti diximus de puncto, quod unitum altero indiuisibili non facit extensionem. Et ratio euidentissima est quia instans, uel imbibitur secundum se totum cum alio instanti, uel non. Si secundum, ergo non est amplius instans indiuisibile, sed duratio diuisibilis, cū habeat partes, & partes, nam secundum unam partem imbibitur non vero secundū aliam. Si primum, ergo eodem modo dicite de aliis instantibus, ergo non potest esse extensio durationis. Cum itaque tempus non constituatur ex indiuisibilibus instantibus; nec actio poterit esse in instanti.

Roboratio secunda.

Temporis compositio.

17 Dices, ergo nulla operatio

nec creaturarum, nec Dei poterit fieri in instanti, & tamen scimus Deum operari multa in instanti, ut in infusione animæ rationalis in corpus, in transubstantiatione panis, & vini in Corpus Christi Domini, in creatione &c. Respondeo primo, quod est maxima disparitas, quia Deus in sui operatione nulli enti creato alligatus est, sicuti est creatura, ergo sicuti Deus non subiacet tempori, sed tempus subiacet illi, ita potest operari, ita vt non sit alligatus tempori. Respondeo secundo, quod Deus dum facit operationes in tempore non facit in instanti, quamuis possit citius, & citius in infinitum, in quo consistit eius virtus infinita; tamen non potest in instanti, & hæc impotētia prouenit a natura tēporis, quod non admittit instans, sicuti diximus, quod diuisibile non potest reduci a Deo in puncto indiuisibili, quia mutaret eius naturam.

Deus non operatur in instanti

Ratio tertia.

18 Probatur tertio, quia vnaquæque sensatio exterior fit in tempore, ergo etiam uisus, cum non sit maior ratio de vna, quam de alia. Respondebis patere disparitatem ex experientia, videmus enim statim obiectum, ac ponitur apertis oculis, sed non audimus statim

tim sonum, ac fit collisio corporum, præsertim dum est in aliqua notabili distantia. Sed contra, quia in tantum asserimus species aliorum sensuum externorum diffundi in tempore, quia habemus potentiam perfectiorem, nempe visum, quo possumus discernere talem diffusionem fieri in tempore; nam cum à longe videamus ictum v.g. Mallei supra incudinem, ex quo scimus oriri sonum, & cum non statim ille sonus pertingat ad aurem, rectè cõcludimus, sonum diffundi successiuè: at si esset cæcus, qui ex nullo capite sciret, quando nam ponatur ictus Mallei in incudine si interrogetur an sonus, quem audiuit, sit factus tunc quando audit, an paulo ante, certe respondet, esse factum tunc quando audit, quia non habuit vnde deprehenderet sonum diffundi successiuè, sicuti illi, qui pollent perfectiori potentia, nempè visu. Pariter in tantum nos non deprahendimus lumen diffundi successiuè, quia non habemus aliã potentiam sensitiuam exteriorem perfectiorem oculo, qua possimus discernere temporaneam propagationem radiorum uisualium. Quod non potest deprahendi sensibus percipitur intellectu, qui cũ mouea tur rationibus, ac demonstrationi-

Cur visio apparet in instanti.

bus ; quæ non possunt fallere, cum intellectus sciat de ratione creaturæ esse habere limitatam potentiã in sui operatione, & cum sciat lumen esse creaturam, sicut, & luminosum, & radii uisuales, pariter poterit perfectè concludere lumen diffundi successiue, licet breuissimo tempore, cum diffusio in tempore non possit esse in instanti, cum instans non detur ut uidimus.

Obiect. 19 Ob: Eo ipso, quod ponitur luminosum, ponitur uisiò illius, & eo ipso, quod remouetur luminosum perit etiam talis uisio. sed in tali operatione nunquam potest obseruari minima morula, & Galileus confessus est se pluries uires intendisse cum quam pluribus experientiis, & nunquam percepisse lumen diffundi a luminoso per totam spheram suæ actiuitatis nisi in instanti, ergo non successiuè,

20 Respondeo Quod in tantũ nobis apparet in eodem instãti percipi uisionem luminosi, eo ipso quod ponitur, in quantum tunc uidetur luminosum, quando eius species pertingit ad oculum, nunquam enim potest uideri obiectum, cuius species non perueniat ad potentiam, ergo in tantum uidemus obiectum luminosum tunc, in quantum tunc eius species est iam posita in

Solut.

ocu-

oculo. At si daretur perfectior potentia qua possemus percipere positum iam luminosum, & adhuc non pertingens ad oculum eius lumen; certe sciremus propagationem successiuam, non instantaneam; atq; non illo instanti, in quo species est in oculo, in illo eodem instanti est positum obiectum luminosum; sed in illo instanti uidetur positum obiectum luminosum, in quo est species eius in oculo, nam et si esset positum obiectum luminosum, & eius species non pertingeret ad oculum, non uideretur obiectum luminosum; idem dicite quando amouetur obiectum luminosum. nã quando amouetur species, & lumen ab oculo, tunc non uidetur amplius luminosum, licet per morulã minimam temporis, adhuc sit perseuerans obiectum luminosum.

21 Neque per hoc, quod radii visuales pendeant in fieri, & in conseruari ab obiecto, potest deduci propagatio in instanti; Quia licet nos tunc duremus duratione successiua, & temporanea diuisibili, mensurabili, adhuc tamen, qui pendemus in fieri, & in conseruari à Deo, si per impossibile tolleretur Deus, annihilaremur. *Occurritur ob.*

22 Accedit demonstratio Mathematica pro comprobanda nostra *Ratio 4. ualidissim*

stra sententia quia species uisualis emissa à Sole ad oculum debet pertransire totam intercapedinem, quæ reperitur inter Solem, & oculum, quæ intercapedo cum sit mensurabilis, & quanta, debet mensurari etiam à propagatione radii uisualis, sed si radius visualis diffunditur in instanti, non potest mẽsurare illam intercapedinem, cum illam totam in instanti deberet occupare, aliter non esset propagatio in instanti; sed ex alia parte non potest occupare totam illam intercapedinem, & ratio euidentissima est, quia species, quæ est in oculo habet suam limitatam sphæram in oculo, & circumscriptionem, & illa parsquæ est in potentia, non est illa numero, quæ est in obiecto, ergo illa quæ est in oculo, est impotens pertingere in eodem instanti vsque ad obiectum luminosum. Per hoc idem argumentum demonstratur motum non posse fieri in instanti in uacuo, & Angelum non moueri de Cœlo ad Terram in instanti, quia mobile, quod habet sphæram palmarem v. g. esset in spatio bipalmari naturaliter.

Cur motus non in instāti sit.

23. Ad quodcumque argumentum quod potest objicj petitum, vel ab auctorjtatjbus, vel à ratjonjbus, uel ab experjentjjs facjllime

Solutio generalis.

me respondetur dicendo, visionem fieri in instanti quo ad sensum, non vero ratione propagationis, & quo ad diffusionem, hoc est tunc fit visio, quando est species in oculo, sicuti tunc fit auditio, quando est sonus in aure, at propagatio radij visualis ab obiecto ad oculum fit successiue, sed breuissimo tẽpore, sicuti fit successiuè propagatio sonus a collisione corporum ad aurem. Itaque non nego luminosum ferre secum lumen, dummodo sit eius accidens propriũ, sed dico in ratione diffusionis habere mensuram temporis, sicuti habet mensuram loci. *Confirmatio.*

24 Explicatis potentia, & obiecto visionis restat visio ipsa quatenus *est actus potentiæ visiuæ*, quæ potest esse confusa, & distincta, tam ratione specierum visualium, quam ratione potentiæ. Confusio ratione specierum visualium est quando plura obiecta emittunt species per eandem lineam visualem, seu plures lineæ incurrunt in vnum, terminenturq; in eadem prorsus parte potentiæ, tunc certe est confusio quia est permixtio plurium, sed illud obiectum præualet quod est validius, & cuius species fortius afficit sensoriũ. Ex hoc prouenit quod interdiu non videantur Stellæ aperto Cœlo, & non discernatur tam distinctè flam- *Confusio ratione specierum.*

ma

cur flã-ma no-ctu ma-ior. ma Candelæ, sicuti noctu imo noctu maior apparet flamma, quia flamma noctu superat quam maxime tenebras circumstantes, quibus confert tantam lucem, vt videatur tota flamma: Die vero è contra, cum ambiens sit illuminatum, facit diuagare visionem. In tantum autem in profundissimo Puteo videntur Stellæ interdiu, quia ambiens circa oculum non est tam illuminatum, & sic non valet confundere speciem, quam stella emittit. Ex hoc pariter habetur, quod Carbo accensus pallescat post excitatam flammam, cum antea melius rospiceretur ratione circumstantium non ità validè mouentium sensationem. Et *occurri-tur ob.* licet intellectus possit distincté plura percipere, sensus distinctè non potest, cum non cognoscat comparatiuè.

25 Prouenit etiam obscura visio ex obiecto emittente species nimis violentas, vt est intuitio immediata solis, vel eiusdem in puncto reflexionis, seu refractionis in aqua, vel in speculo. Hinc habetur communiter propositio, quod obiectum nimis sensibile lædit sensorium. Pa- *Ratio-ne distã-tia.* riter confusio oritur ex positione obiecti in debita distantia, vt constat experientia, nàm lumen, quod ab obiecto reflectitur, quò magis ab

obiec-

obiecto elongatur, etiam minus retinet modificationis ab obiecto acceptæ. Et quando peruenit lumen ad oculum ab igne distanti v.g. noctu, licet tale lumen valeat excitare visionem Ignis, tamen non est validum ad faciendum, vt alia videantur obiecta, quia non valet reflectere ab illis in tanta distantia, vt illa repræsentet.

26 Ratione imbecillitatis potentiæ prouenit confusio ex defectu spirituum, vt patet in sene qui licet videat obiecta distinctius magis distantia, hoc prouenit quia senes habent humorem Chrystallinum, ex defectu Spirituum, valde complanatum, qui cum non possit facere sufficientem refractionem specierum, ideo ponitur obiectum distantius, vt fiat distinctior visio, atque per hoc senes vtuntur inspicilijs concauis ad videndum distinctè obiectum in proportionata distantia, cum vitrum concauum validius vniat species: Iuuenes vero è contra, dum oculis laborant, requirunt regulariter obiectum propinquius, quia cum habeant humorem Christallinum valde Gibbosum propter copiam spirituum, ibi fit maior refractio, & sic requiritur maior propinquitas obiecti vt species distinctius impingant

Ratione potentiæ.

quæ inspicilia

gant

gant in retinam: ideoque Iuuenes, & qui habent humorem Christallinum valde gibbosum, vt videant obiectum in debita distantia, & non requiratur tanta obiecti approximatio ad potentiam, vtuntur inspicilijs conuexis, cum vitrum conuexum dilatando distinctius species transmittat.

Quæ inspicilia

27 Claritas visionis consistit in hoc, quod plures species eiusdem obiecti debite applicati transmissæ per varias lineas coniungantur in eadem potentia debite disposita, vel beneficio refractionis, vt diximus de inspicilijs vel alia causa, ità vt in illo puncto potentiæ non dentur species multiplices alterius obiecti, præsertim validioris, & illæ lineæ faciant cum sensorio vel angulos rectos, vel parum à rectis declinantes. Visio facta cum istis omnibus requisitis determinat videntem ad perfectam visionem, & ad discernendum hoc obièctum a quocumque alio, in quò propriè consistit claritas visionis. Ex hoc bene habetur, cur vnum obiectum, quod antea totum videbatur, postea videatur distinctius, nam quoties concurrunt omnia iam enumerata requisita toties clarissima est visio: quoties uero non omnia concurrunt to-

Requisita ad claram visioné.

toties non eſt tam clara. Si concurrant v.g. cætera requiſita deficiente ſolum, quod lineæ non faciant angulos æquales uel quaſi æquales, certe non fit clara uiſio, ut patet quando ex transuerſo proueniunt ſpecies ad potentiam. Et ſic diſcurrendum de alijs requiſitis enumeratis pro conſtitutione uiſionis magis, & minus claræ. Idem proportionaliter dicendum de alijs ſenſibus, ut patet in auditu V. g.; diſtinctius enim percipitur ſonus noctu, quam interdiu, quia noctu aer eſt placidus, nec permixtus alijs motibus.



CEN-

CENTIL. LXXXX.

De Sensibus Internis.

Vbi.

De Somno, & Somnijs.

Sensus externi an dentur.

1 QVod Sensus Interni dentur distincti etiam ab externis. Patet primo quia externi solum attingunt obiecta præsentia; interni uero etiam obiecta non existentia, seu absentia, datur enim in brutis memoria, quia Canis uidendo Baculum fugit; nam recordatur quod alias expertus est sensationes doloriferas ex illo: secundo quia nō tantum discernunt obiecta diuersa ad eādem potentiā pertinentia, nam discernunt album à rubro u.g Canes enim potius mouentur ad Carnes quam ad panem: uerum etiam obiecta diuersa spectantia ad diuersas potentias, Canis namque mouetur à dulcedine lactis albi, & non ab albedine niuis. Tertio quia Bruta percipiunt proprias sensationes

cum

cum Canis audiendo uocem arrigat aures, ut melius audiat, an sit uox Domini sui, nares admoueat, ut discernat odores, ergo percipit suas operationes, & sensationes externas, quæ non possunt percipi per potentias externas, nam per aures V.g. percipimus sonum, & non auditum, & sic de alijs potentijs ergo perceptio sensationum externarum spectat ad sensus internos, ergo dātur isti distincti ab illis.

2 Neque potest hoc prouenire à potentijs internis solum cum concursu intellectus. Quoniam non potest affirmari de Brutis intellectus, nam licet semper debent esse influxus Spirituum in potentijs quo deficiente per tantillam moram ut in principio somni non est sensatio; tamen talis influxus, non est sufficiens causa sensationis, sed requiritur etiam potentia externa, quæ uere operetur; oculus enim est qui uidit, ut supra probauimus. *Obiect.*

3 Neque à solis potentijs externis, quia adhoc vt detur fuga in cane uidendo baculū, debet dari potentia interna, quæ possit percipere obiecta sensuum externorum ut in casu proposito, in quo, & uidit figuram quæ pertinet ad uisionem, & recordatur de sensatione dolorifera, quæ pertinet ad tactum, sed talis potentia *solut.*

tentia non est ulla ex externis, cum externa vnum solum obiectum percipiat proprio modo, & percipit solum præsens, ergo debet esse interna, ad quam transmittuntur per externas sensationes species obiectorum.

Quot sint.

4 Septem sunt Sensus interni, videlicet sensus communis, qui percipit ac discernit operationes præsentes sensuum externorum. Canis enim videndo panem percipit colorem, saporem, odorem. Imaginatio quæ cognoscit eadem. Sed absentia, seu non existentia, nam Animal mouetur ad percipienda, & inquirenda comestibilia v.g. Phantasia, quæ habet uim componendi plures res inter se componit multoties Animal cum vmbra corporis. Canis enim pluries insequitur vmbram Auis. Estimatiua quæ versatur circa bonum vel malum: æquale vel inequale, vt appeti possit, Bos enim potius herbam magis viridem comedit, quam aliam. Cognoscitiua seu cogitatiua, quæ (quatenus materialis ex instinctu naturæ in Brutis, & modo peculiari in homine) versatur circa conueniens, vel disconueniens; Aues enim colligunt paleas ad nidificandum, & non saxa, quæ non sunt conuenientia ad fouendam prolem.

Imaginatio.

Phantasia.

Estimatiua

Pa-

Pariter Animalia nutriunt proprios partus, & non alienos. Memoria, quæ vt cognoscit præterita (quæ nõ sunt præsentia) coincidit cum imaginatiua, quatenus vero conseruat species à potentia imaginatiua distincta est; memoria enim est organum, quod debet esse retentiuum imaginum; aliæ vero potentiæ non debent esse organa retentiua, sed ita disposita vt facile recipiant imagines, & facillime amittant, aliter est genus amentiæ, dum aliqua imago ita imprimitur Phantasiæ, vt deleri non possit: memoria itaque debet retinere phantasma, quod recipit, & in hoc consistit eius perfectio, sed vt eius munus exequatur debet esse temperamenti Terræ. Differt à reminiscentia, quia statim, & sine medio debet excitare speciem repræsentantem obiectum quod volumus: Quod detur in Brutis hæc potentia constat, quia dum Canis vidit panem a longe mouetur ad illum, non ex alio capite quam quia cum alias expertus delectationem in gustu ex illo, videndo quid simile mouetur ad excitationem talium specierum. Rememoratiua tandem, quæ est rememoratiua potentia rerum præteritarum sed cum quadam indagatione & ordine, seu discursu saltem imperfecto, vt reperitur etiam in brutis,

Memoria.

Eius officium.

Eius temperamentum.

Reminiscentia.

tis, vt ostendunt quædam Animali a circulatorum, quæ varia operantur cum ordine, sed si ab eodem ordine, dimoueantur, nihil amplius operantur, quod constat etiam non solum ex hominibus qui ordinatè recitando reminiscuntur, sed etiam ex equitibus qui in equestri arte sunt assueti. Ex eo quod reminiscentia sit cum quodam discursu quamuis imperfecto, memoria autem non ita. Aristotiles optimè concludit lib. de mem. & reminiscentia, quod qui pollet memoria ingenio est tardus, qui vero gaudet reminiscentia est mente celeris ac docilis

Discrimen à memoria.

5 Omnes supradictæ potentiæ internæ, cum sint in homine sunt etiam in brutis saltem perfectis, & vt vidimus, & quia dempta Anima rationali vniformatur homo cæteris Animalibus sicuti illis vniformatur in sensibus externis. Neque potest dici, quod tales operationes in brutis sit instinctus naturæ, quia licet non fiant per electionem liberam, tamen requiritur cognitio bonitatis, nam si alias Canis non esset expertus sensationem delectabilem in Palato, non moueretur ad panem. Ad hoc vt autem operatio dicatur mere, & solum prouenire ab instinctu naturæ non tantum requiritur vt ad illam

Omnes sunt etiã in Brutis.

Iam non concurrat electio libera, sed etiam requiritur ut non fiat ex vi praeexistentis cognitionis. Hoc modo exponere membra incommodis ad tuendum caput est operatio prouemens ab instinctu naturae, sicut etiam comestio, quae fit à Cane alicuius herbae ad exonerandum ventrem vel ad medendum doloribus intestinalibus, & alia id genus.

Instantia.

6 Non deducitur euidenter (quamuis probabile sit) quod detur vna tantum potentia interna ex eo quod Aristotiles lib. de mem. & remin. doceat phantasticum, & rememoratiuum esse passiones primi sensitiui, hoc est sensus communis. Quia in tantum reliquae potentiae dicuntur passiones sensus communis, in quantū fundantur omnes in sensu communi, sicuti sensus externi possunt dici passiones tactus, quippe qui est fundamentum omnium. Attamen cum tales potentiae habeant diuersa organa, vt videbimus, impedito enim vno non impediuntur omnia, vt dicemus in somnijs, & in amentia, & cum habeat operationes proprias valde diuersas, quin etiam temperamentum, & perfectionem, nam magis perfecta est aestimatiua v.g. quam imaginatiua; signum est quod sint diuersae potentiae. Neque sunt

sunt solum tres, vel quatuor, vt vult S. Thom. prima parte q. 78 art. 4. Sed septem enumeratæ in omnibus, quia totidem sunt operationes propriæ vt dictum est, & vt patet in homine; ergo etiam in brutis, vt probauimus

An sint tres vel quatuor

7 Sedes sensuum internorum Cerebrum est vt inuolutum meningibus, nam ex istis oriuntur Nerui, qui diffusi vt vidimus per sensoria ex ipsis perducuntur species ad potẽtias internas; at in parte posteriori, seu in Cerebello est memoria nam naturæ ductu dum volumus recordari perfricamus illam partem ad excitandas species: Cæteræ vero potentiæ in parte anteriori seu Cerebro, nam ex nimia defatigatione imaginatiuæ dolorem experimur in succipite.

Locus illarum

Memoria ubi.

8 Requiruntur species in potentijs internis; constat primo, quia aliter non possent percipere obiectũ absens vel non existens: Secundo quia aliter non posset explicari vnde proueniant somnia etiam in Brutis videmus enim Canem in dormitu moueri, & latrare quod non prouenit nisi à speciebus in sensibus internis, quorum imperio operationes externæ exequuntur.

Requirũt species.

9 Species receptæ à sensu communi imprimuntur in spiritibus phan-

phantasticis, qui sunt in Cerebro à potentia imaginatiua attractis, vt in ipsis imprimat imaginem expressam obiecti, deinde illi Spiritus phantastici ità impressi, & quodammodo figurati reponuntur in Cerebello, idest in memoria. Tales Spiritus signati imaginibus obiectorum, dum excitantur de nouo, habent vim mouendi imaginationē ad similem actum, idest ad iterum imprimendam eamdem figuram, & hinc habetur melius radicatio specierum. *Radicatio vnde.*

10 Actus imaginationis quo est validior, eò profundiorem imaginem relinquit, ideoque qui iniuriam recipit, cum actum validissimū imaginationis eliciat, difficillime etiam obliterat imaginem iniuriæ; Si aliquando imago ita sit; vt non possit amoueri tunc causat speciem dementiæ, quæ consistit in phantasmate validissimé radicato alicuius obiecti, quod semper habetur præsens: & in tali casu uerificatur illa propositioquoduehemēs imaginatio faciat casum V. g. aliquis imaginatur firmiter aliquo morbo laborare, quamuis uero non ægrotat illo morbo, adhuc illi uidetur tali morbo ægrotare, & non ægrotns ægrotat. *imaginatio imprimit.* *Genus dementia.*

11 Cum phantasmata ex spiritibus

conficiantur, & Spiritus alij sint malencholici, alij biliosi, alij sanguinei, alij pituitosi: hinc est quod malencholicæ imagines, malencholicos Spiritus moueant, biliosæ biliosos, placidæ sanguineos, cum maxima proportio intercedat inter operationes externas, & internas. Et iuxta temperiem Spirituum, imagines sũt puriores, uel crassiores; magis, uel minus tenaces; & quia Spiritus malencholici sunt natura Terræ ideo magis retinent impressionem, & sic malencholici sunt magis fixi in suis imaginibus.

malencholici fixi.

12 Ita pollent Bruta potentijs internis, vt uideantur habere discursum, quod licet non sit perfectum, ut in homine, cum homo habeat electionem liberam, operatur enim propter finem formaliter, & non tantum materialiter ut Bruta, cum discurrat de Vniuersalibus ac de spiritualibus, & inferat ex noto ad ignotum, & multis alijs polleat, quibus non fruuntur bruta tamen in illis non potest negari discursus imperfectus, & uestigium rationis, ut cum S. Thom. loquar; nam uidemus canem moueri ad escas, & ad uocem Domini, & potius unam uiam inire quam aliam ad indagandam Venationem, Ex quibus, & similibus non potest in brutis conclu-

Brutorum discursus.

di

di discursus perfectus, ac illatiuus formalis, qui est quando unum obiectum infertur ex alio propter connexionem cognitam inter obiecta; potest tamen deduci in illis discursus imperfectus, quem experimur aliquando etiam in nobis in uehementi imaginatione circa aliqua obiecta, qui discursus cum fit absque concursu rationis idest absque connexione cognita obiectorum, neque est meritorius, neque demeritorius actus, sed dicitur tantum actus Animalis, cum sit uel ab instinctu naturæ, uel ex connexione materiali inter obiecta mouente absque alia cognitione rationis primo impetu ad talem appetitum ac operationem.

Discursus perfectus, et formalis qui.

Actus animalis nec meritorius nec demeritorius.

13 Omnes dictæ potentiæ ali quo modo distinguuntur inter se, quia uidemus aliquos homines optimè discernere, sensibilia præsentia, sed non optima imaginatione gaudere, & è contra alios callere æstimatiua, & non imaginatiua, alios e contra, & sic de cæteris. Adde quod in dementia apparet lesa aliquando imaginatio intacta æstimatiua, cum quis componit Cardinalatum cum suo statu, sed debita decentia ueneratur illum gradum etiam si illum non habeat; aliquando æstimatiua non læsis alijs poten-

Potentia interna an distinguātur.

imaginatiua lesa.

tijs, cum quis palam inhonesta V.g. opereretur. Accedit quod in somnijs apparet talis distinctio, nam quando somniamus, sensus communis est ligatus, omnes aliæ potentiæ uel quasi omnes sunt ab alitu soporifero liberæ, nam quando ligata sunt omnia organa signum est quod somnus est profundissimus, In quo non mouentur phantasmata: quando uero sopor occupat tantum sensum communem, non est ita profundus somnus, & sic uidemus quod inter dormiendum fiunt aliquæ operationes, ut gestus locutiones, respõsiones ad quæsita, deambulationes, & similia, quæ tamen non sunt in homine nec meritoria neque demeritoria, quia sensus communis est ligatus, & sic non potest esse plena aduertentia, quæ requiritur ad meritum, & demeritum.

Estimatiua polluta.

Somnus profundissimus quando.

14 Dementia, & Somnus distinguuntur per hoc quod Dementia est læsio, seu impedimentum ita radicatum in una, uel pluribus internis potentijs ut naturaliter difficillime euacuetur: somnus uero est ligamen sensus communis ortum ab obstructione meatuum intercludente aditũ spiritibus, ne à cerebro ad sensoria permeent; talis obstructio fit ex uaporibus ascendentibus ad Cerebrum, & ab ipso refrigeratis, ideoque

que sumptio fumolorum vt vini, opij parit vapores, & somnum, maximé post commestionem. Si vapores sint valde viscosi, vt vix possint dissolui à Calore innato fit lethargus; si vero facile dissoluuntur facile etiam fit excitatio animalis, nam tunc euigilat Animal naturaliter quando ex Calore innato dissipatis vaporibus deostruuntur meatus sensus comunis: tunc autem violenter euigilat cum aliquod vehemens sensibile discutit vapores; hinc fit quod somniando aliquod vehemens euigilat Animal, quia tali vehementi sensibili discutiuntur vapores, qui refrigerati, & aggrauati obstruebant meatus sensus communis, & claudebant sponte Palpebras.

Lethargus.

Somniū quid.

15 Inter dormiendum multoties animalia somniant; somnium enim est operatio interna tempore somni causata à phantasmatibus excitatis, ex quorum imperio, & vi potest esse etiam operatio externa. Cum somnus occupat omnia organa animal non somniat, quia non mouentur phantasmata, vt diximus, sed in fine somni cum solum sensus communis seu non omnes sint ligati, possunt moueri phantasmata Aliquando etiam accidit in principio somni sed tunc prouenit ex agitatione ante

quando

acta, Spirituum nondum quiescentium.

16 Motus phantasmatum in somnio potest ex pluribus causis oriri. Primo supernaturaliter à Deo scilicet vel ab Angelis bonis, aut malis, ideoque prima bona cogitatio dicitur bona fortuna, quia immitti solet à Deo. Secundo naturaliter videlicet vel ab agitatione spirituum ante acta, vt diximus, vel a motu humorum; hinc est, quod somniamus ea, quorum imagines per Cerebrum deuoluuntur, vel quæ habent connexionem cum humore qui mouetur, ideoque ex agitatione atræ bilis malencolica excitantur, ex agitatione flauæ bilis suscitantur colerica; ex motu sanguinis; quæ gaudium, & letitiam afferunt.

Vnde

17 Ex somnijs causatis ab agitatione humorum; non vero ex somnijs quæ fiunt fortuito, potest aliquando depræhendi, quod euenturum est, iuxta naturā humoris agitati. Si n. aliquis somniat abundantiam aquarum v.g. prouenit ex agitatione pituitæ, quæ est de natura aquæ, itaque facile poterit diuinari, quod in tali somniante sit superabundantia pituitæ, quæ potest causare morbum ex illa proueniente, uidelicet tertianam, & sic de illa potest prognosticum ferri. Somnians rixas

Diuinatio ex somnijs

V.g. habet agitationem bilis, ex qua potest moueri facile ad contentiones si occasio ei adfuerit, ideoque dicit Aristotiles in hac re de somno *Cum debilia omnium sint initia, manifestum sane est, quod morborum etiam aliarumque passionum quod in corporibus fieri debent.*

18 Quomodo vero per somnium percipiatur quod de longinquo accidit præsertim amicis, & propinquis, sæpe enim Matres v. g. somniant filios v. g. ægrotantes dum verè ægrotant. Aristotiles vult accidere per motum aeris præsertim noctu quò tempore est maxima quies, ideoque quæ de longinquo accidunt, mouent aerem, quæ facile mouent sensum illum qui facile est patibilis, & per sensum phantasma? Sed hoc licet non sit impossibile, præsertim cum quæ tenuia sunt, & quasi insensibilia, noctu bene percipiantur, præsertim in somno in quò debilià apparent maxima per sensuum quietem: tamen nimis durum videtur præcipuè in ingenti distantia; ideoque dicendum, quod id accidit uel fortuito vel tales species mouentur supernaturaliter à Deo vel ab Angelis, vel accidit per simpathiã; quia cum filius sit similis naturæ cũ parentibus, & amicus cum altero: *Diuina re absentia.*

Si alicui accidit aliquod ex superabundantia, & concitatione alicuius humoris, alteri etiam similis temperamenti, & genij fieri potest agitatio eiusdem humoris, atque hinc potest haberi excitatio talis, vel similis phantasmatis.

CENTIL. LXXXXI.

De Appetitu, et Motu.

1 EXplicatis pertinentibus ad sensationem, quæ est præcipua operatio animæ sensitiuæ, de duabus alijs operationibus eiusdem videlicet de appetitu, & motu non est quod immoremur diutius cum multa sparsim dicta sint, & proportionaliter procedendum in istis, sicuti de sensitiua, ideoque quemadmodum ad sensum requiruntur species (quæque sint vt vidimus) ita ad appetitum, & motum requiruntur sensationes saltem ante actæ earumque phantasmata; vt Animal possit prosequi quod sibi bonum cognouerit

Requisita Appetitus, & iustus.

rit, & fugere quod malum sibi.

2 Obiectum itaque appetitus est bonum, quatenus singulare est, ac sensibile, quod solum à sensibus percipitur. Quamuis vero appetitus in irascibilem, & concupiscibilem diuidatur pro diuersitate obiectorum. cum bonum absolutum sit obiectum concupiscibilis, & bonum ut arduum obiectum irascibilis, tamen non distinguuntur realiter inter se istæ potẽtiæ, quia eadem potentia appetitiua potest elicere vtrumque actum: sicuti eadem potentia sensitiua potest elicere sensationes diuersas pro diuersitate terminationis eiusdem in obiecta diuersa.

Obiectũ appetitiua.

Cõcupiscibilis.

Irascibilis.

3 Idem etiam erit obiectum potentiæ loco motiuæ ac potentiæ appetitiuæ, vt possit consequi quod bonum, & fugere quod malum. Malum autem de se vt malum, non mouet, sed fuga à malo quod bonum est, mouet: Quemadmodum dicitur moueri voluntas à malo, non tamen à malo vt malum est, sed a malo fugiendo, quod est bonum.

Malum an obiectum

4 Locus istarum potentiarum videtur esse ibi, vbi manent sensus interni, qui a perceptis speciebus à

sensibus externis æstimatiuæ, & cognoscitiua proponit bonitatem seu malitiam, ac conuenientiam seu disconuenientiam obiecti ipsi potentiæ appetitiuæ quæ postea excitat potentiã motiuam ad motũ spontaneum, ad prosequendum, vel euitandum obiectum, ergo in eodem loco melius constituuntur potentiæ appetitiuę, atque loco motiuę, vbi sensus interni. Id etiam suadetur quia motus spontaneus fit per neruos; abscissis enim neruis per abscissionem capitis v.g. non est amplius motus spontaneus Animalis licet sit motus arteriarum per aliquid temporis: Sed omnes nerui, vt vidimus, radicaliter sunt à Cerebro, ergo ibi, idest in exortu neruorum, est potentia motiua atque appetitiua quæ imperet motum.


Sedes vbi.

5 Neque dicas quod appetitiua sit in corde, ex eo quod ira fit accensio sanguinis circa Cor quia effectus magis notus appetitiuæ, quatenus versatur circa arduum, est in Corde, sed Sedes potentiæ appetitiuæ est in Cerebro, sicuti Sedes loco motiuæ potentiæ est in principio neruorum, & tamen effectus magis notus est in pedibus sic effectus magis notus irascibilis est in Corde quia ibi cum fit ma-

Non in Corde.

maior copia Spirituum, & sanguinis, maius etiam potest fieri incendium, ex quo cùm eleuentur Calidissimi vapores ad Caput, ideo experitur in ira confusio, & obcæcatio, vt nihil aliud discernatur quam obiectum arduum circa quod versatur potentia irascibilis, & per quod excitata est.

Vnde obcæcatio in ira.



CENTIL. LXXXXII.

De Anima Rationali.

1 QVod Anima rationalis detur, vt forma informans alibi probatum est, & hoc solum negabit, qui ratione est expers, nam sicuti patet dari discursum, & hunc esse actum vitalem, ita patet, dari animam rationalem vt formam informantem à qua discursus procedit. Quid sit, etiam explicatum est, dum examinauimus definitiones animæ, quas diximus conuenire etiam animæ rationali.

quid sit.

2 Immortalitas animæ rationalis. Probatur primo quia est spiritualis, vt videbimus, ergo est æterna, quia id solum est corruptibile, quod est materiale, & à materia dependet in substentando, nam vt vidimus materia est principium corruptionis, sed anima rationalis non est materialis, neque dependet in substentando à materia ergo non est corruptibilis, ergo est æterna. Probatur 2. argumento morali

Est immortalis

1. ratio.

2. ratio.

sed

ſed valido. Habetur ex Pſal. 7. *Deus Iuſtus Iudex* quæ propoſito à nullo poteſt negari, cum Deus ſit cumulus perfectionum omnium, itaque habet etiam perfectionem Iuſtitiæ, ergo debet remunerare omnia opera bona, & perfecta, vt Dominus omnium. Sed multoties non remunerat in hac vita, ergo debet dari alia in qua tribuat vnicuique ius ſuum ſcilicet bonis præmium, malis pœnam. Conſequentia tenet. Probatur ſubſumpctum, quia poteſt dari caſus, vt homo vixerit ſecundum leges naturæ, & Dei, & tamen nihil boni habuerit in hac vita, ergo in altera (repoſita eſt corona iuſtitiæ, quam ei reddet Deus iuſtus iudex,) vt ad ſuum fauorem affirmat Apoſtolus, cui non latebat Chriſtũ affirmaſſe, quod boni *centuplum recipient, & vitam æternam poſſidebunt*.

3. Probatur 3 ex Ariſtotile duodecimo Metaph. Tex. 17. vbi hæc habet: *Cauſas efficientes eſſe ante ſuos effectus, tamen formales ſimul eſſe cum ipſis, nec poſſe ante eſſe, vt ſanitas non poteſt eſſe ante ſanum: at à parte poſt non ita eſt non enim prohibet aliquam formalem cauſam manere poſt effectũ & hæc eſt anima, non omnis fortaſſe ſed mens.* Pro mente intelligit animam rationalem. Ex ſupracitatis 3. *ratio*

ver-

verbis etia clare habentur, videlicet animam non esse prius quam informet, ac infundatur Corpori: cum per ipsum Aristotilem etiam, sit forma corporis: animam esse formam informantem vt dixi; tandem clarissime Animam rationalem non esse mortalem sed æternam per postrema verba allata, quibus asserit causam manere post effectum, idest post informationem, adeoque post separationem. Nõ potest argui quod subsistat per modicum tempus post separationem, sed debet dici, quod debet subsistere per durationem æternam, quippe quæ subsistit independenter ab omni subiecto, & materia, à qua solum est corruptio, & solum in productione dependet à subiecto tanquam à conditione, sine qua non crearetur cũ fiat dependenter à subiecto vt recipiente, nõ verò vt à substẽtante, mens.n.per Aristotilẽ non educitur de potentia materiæ ergo non est ab illa vt à substẽtante.

Occurritur ob.

Anima quomodo à subiecto.

4 Probatur 4. Modus operandi sequitur admodum, essendi sed modus operandi est incorruptibilis, ergo etiam modus essendi animæ rationalis. Maior est communis: consequẽtia tenet minor probatur quia intellectio non dependet à materia. Probatur etiam eadem minor, quia tunc modus operandi est incorruptibilis

4. ratio

tibilis

tibilis quando non habet contraria, & est eorum susceptiuus, sed anima rationalis non habet contraria, & suscipit contraria, & quæ pugnant inter se, cum recipiat omnia, ideoque dicitur quod intellectus per intellectionem fit quodammodo omnia, cum omnium intellegibilium etiam contrariorum recipiat species, ergo modus operandi est incorruptibilis, & consequenter modus essendi. Habemus instantiam manifestam in materia prima, quæ cum sit susceptiua contrariorum pugnantiũ inter se, sed non pugnantiũ cum ipsa materia, materia est incorruptibilis.

5 Probatur 5. quia Anima est forma ut vidimus, & dicemus etiam cum Conc. infra, sed forma solum potest corrumpi vel quia dependet a materia, uel quia habet contraria, ergo cum Anima rationalis non dependeat à materia nec habeat contraria, est incorruptibilis. Probatur consequentia quia Anima rationalis non dependet a materia cum sit spiritualis vt dicemus, & cum sit separabilis ab illa: ita Aristotiles 3 de Anima Tex. 7. *Sensitiuum enim non sine corpore est, intellectus autem separabilis est*, & decimo Eth. cap. 8. *Mens vero separata est*. Sed neque corrumpitur ex contrarijs quia non habet contraria, cum sit, & immista, & *5. ratio.* *Corruptibilitas quot modis.*

im-

impassibilis, & susceptiua contrariorum totum hoc est Aristotelis qui 3. de Anima Text. 3. hæc habet. *Immortalem ergo oportet esse susceptiuum autem specierum necesse est, quoniam omnia intelligit immistum est.* Ergo ex dictis, & ex alijs innumerabilibus locis quæ possunt afferri potest colligi immortalitas animæ ex mente Aristotelis, relinquendo fidem, & auctoritatem Scripturarũ, & Ecclesiæ, quæ apertissima est, vt videri potest apud Suarez lib. 1. de Anima c. 9. & 10. & apud Conimb. lib. de Anima separata prope finem. Accipite clarissimam auctoritatem Concilij Lateranensis acti sub Leone X. sess. 8. Vbi hæc habentur. *Sacro approbante Concilio damnamus omnes asserentes Animam intellectiuã mortalem esse cum illa non solum verè, & per se, & essentialiter corporis forma existat verum immortalis.* Ex quibus tria habentur. Primum quod sit immortalis. Secundum, quod sit forma. Tertium quod sit, & forma, & immortalis ex natura sua.

conf. ex fide.

6 Non obstat, quod Aristoteles 1. de Anima Tex. 12. & 13. hæc habeat. *Si Anima non habeat propriam operationem separabilem à corpore, nec ipsa est separabilis à corpore.* Sed tertio

tio de Anima Tex. 30. & 39. docet, & alibi sæpius, quod indiget phantasmate corporeo ergo non potest separari à corpore. Primo quia Albertus, & alij asserunt, & non sine fundamento Animam rationalem posse operari circa intelligibilia, ea intelligendo per solam conuersionem ad illa absque imaginibus illorum: & mihi quidem videtur durum quod anima rationalis non possit intelligere se ipsam absque phantasmatibus etiam dum est in corpore, cum sit sibi ipsi intime præsens, etiam vt obiectum, & non excedat limites suæ Capacitatis, præsertim cum id possit operari extra corpus, hoc tamen non admittitur à S. Thom. 2. contragentes. cap. 81. nec ab alijs communiter, sed si defendenda est sententia Alberti potest dici ad mẽtem Aristotelis quod anima requirit phantasmata materialia ad intelligendum dum est in corpore regulariter, & ordinario modo, sed tamẽ potest habere naturaliter extasim, & cognitionem absque phantasmatibus. Secundo quia Aristoles dum dicit, quod anima requirit dependentiam à corpore idest à phantasmatibus, vt operetur, loquitur de dependentia obiectiua non subiectiua, anima enim est independens à Corpore tanquam à subiecto sed de-

dependet à copore intelligẽdo idest dependet à phantasmatibus tãquam ab obiecto, & hoc non inducit corruptibilitatem.

7 Minus obstat, quod Paulus 1. ad Timoth. 6. ait quod *Deus solum habet immortalitatem* Quia natura Diuina solum habet immortalitaté à se, quia est omnino independens, Anima vero rationalis habet immortalitatem ex natura sua, sed non est à se independenter, cum sit per creationem à Deo. At omne quod est à Deo dicitur quod sit per gratiam lato modo, ergo lato modo, anima habet esse, & omnia quæ consequũtur ad esse per gratiam, & hoc modo debent intelligi Patres, qui dicũt animam rationalem esse immortalé per gratiam.

8 Ad alios Textus Aristotelicos, qui possunt adduci ad probandum intellectum alium esse vniuersalem atque vnum in omnibus, & hunc incorruptibilem, alium vero particularem, & corruptibilem, Respondendum quod quando asserit intellectum vniuersalem, dicit intellectum qui potest intelligere plura, idcoque est quodammodo omnia in intelligendo, sed in entitate est quid indiuiduale, quidquid est realiter est singulare: Quia autem est similis intellectus in omnibus

Intellectus non sit vniuersalis, & omnia.

ideo

ideo potest dici aliquo modo vnus in omnibus, sicuti dicitur vna natura humana in omnibus hominibus licet sit singularizzata in singulis. Quando vero asserit intellectum præsertim passibilem esse corruptibilem, ad corruptionem subiecti ut 3. de Anima Tex. 17. Respondendum tunc intelligere, vel intellectionem ipsam, effectum scilicet pro causa, vel phantasiam, vel cognoscitiuam materialem, non vero intellectum ipsum spiritualem, vt patet ex contextu.

9 Quod anima rationalis non sit corporea, & materialis sed omnino spiritualis etiam spiritus contradistinctus à corpore suadetur primo ex multis locis sacræ scripturæ, vt habetur ex psal 30. *In manus tuas commendo Spiritum meum*, Ex Conc. Later. sub Innoc. III. cap firmiter ex Euangelistis *spiritus quidem promptus est caro autem infirma*, & ex multis aliis videatur Suarez loco citato, *Anima rationalis spiritualis*

10 Suadetur etiam quia anima rationalis cognoscit spiritualia, & vniuersalia, sed si non esset spiritualis non posset hoc præstare, ergo est spiritualis. Maior est certa ex ipso discursu quem possumus habere de Deo, de Angelis & de ipsa anima nempe quod definitiue in corpore, *Ratio*

idest

ideſt tota in toto, & tota in qualibet parte eſt. Quod ſit ſimilis in omnibus hominibus, adeoque poteſt abſtrahere ab indiuidualibus &c. Conſequentia tenet etiam, quia modus operandi ſequitur ad modum eſſendi, & hoc principio vſus eſt S. Auguſtinus lib: de immortalitate Animæ cap. 6. & Ariſtoteles ipſe primo de anima Tex: 12, Et ex hoc ipſo probamus minorem, quia obiectum vt percipiatur à potentia non debet eſſe improportionatum potentiæ, neque debet ſuperare ſphæram ſuæ actiuitatis, ergo ſi anima percipit ſpiritualia, ſignum eſt quod & ipſa ſit ſpiritualis. Imò adhoc vt percipiat materialia neceſſe eſt vt aliquo modo ſpiritualizzet, & depuret phantaſmata per virtutem inſitam à Deo vt infra numero 12.

11 Neque reſpondeas hoc nimis probare cum poſſit deduci ex hoc, quod anima ſit corruptibilis, & materialis cum percipiat materialia. Sed contra quia anima percipit materialia, cum ſit in gradu perfectiori, & eminentiori ergo ſuperius poteſt percipere inferius, & non è contra, ergo non arguit neque corruptibilitatem, neque materialitatem, præſertim cum ſpiritualizet materialia vt nu. ſeq, imo potius ſuperioritatẽ ad materialia ergo arguit ſpiritualitatem

Occurritur obiect.

Confirmatio

litatem

litatē ita Aristoteles 3. de anima, Nec potest dici quod saltem anima habeat materiam spiritualem. Primo quia gratis asseritur materia spiritualis Secundò quia si anima haberet materiam esset ens completū, & mistum, adeoque non posset esse ordinatum ad faciendum vnum per se cum corpore, & non posset dici immistum, sicuti cum asserit Aristoteles 3. de anima Text. 3. citato. Tertiò quia si haberet talem materiam non informaret corpus, quia de ratione materiæ est nō esse formam, sed esse primum subiectum; & ex alia parte vna forma non potest naturaliter informare duplicem materiam. videatur Suarez disp. 13 met. sect. 14. nu. 4. & lib. 1, cap. 9. citat.

12 Ob: corporeum non potest agere in incorporeum; & in immateriale (saltem naturaliter) sed corporeum potest agere in animam, cum anima moueatur ad intellectionē à corporeo, nēpe à phantasmate; nihil enim est in intellectu, quod prius nō fuerit in sensu ergo anima nō est immaterialis, Hoc argumentū ita vexauit omnes phylosophos, vt per hoc aliqui dixerunt animam esse materialem, Plato ad inuenit Ideas. Ingeniosissimus Aristoteles sua claritate facillime respondet quod Intellectus mouetur ad præsentiam phātasmatum

obiectio

Solutio.

matú quas aliquo modo spiritualizzat per quasdam species intelligibiles abstractas ex vi intellectus agentis à phantasmatibus, itaque cum intellectus excedat omnem materiam, consequenter debet dici quod sit potentia immaterialis, & incorporea, & spiritualis.

Confirmatio. sententia.

13 Cum omnis forma ad constituendum compositum inclinet, & cum anima sit formà vt uidimus, cōsequenter dicendum animam inclinare ad compositum, itaque quando est vnita corpori est in statu naturali, quando vero est separata, licet non sit in statu connaturali, adhuc tamen non potest dici quod sit in statu violento, sed potius quod sit in statu præter naturam, cum habeat meram non repugnantiam ad illum statum: Si enim tunc esset in statu violento, fuissent à natura insitæ illi vires ad reacquirendum illum statū connaturalem, sicuti datum est à natura aquæ vires ad reperaudam frigiditatem, dum est in statu violento nempè quando est calefacta Hoc dici nō potest de anima separata, nam à priuatione ad habitum non datur regressus saltem naturaliter.

Status animæ extra corpus.

14 Ex eo quod statutum sit Animam rationalem esse spiritualē, constat illam non propagari vi seminali quia actio seminalis est à virtu-

An propagatio per semen

te

te Corporea, sed omne agens quod agit dependenter à materia, vt à subiecto substentante, non potest producere nisi quod à materia dependet vt alibi examinauimus, & vt videre est apud Conimb. 2. de Anima q.3. art.2. Cum igitur Anima rationalis non possit propagari per virtutem seminalem, patet illam creari à Deo & infundi statim posita apta organizzatione in fætu. Nec ab alio potest creari, quia ad creandum requiritur virtus infinita, cum debeat vnire terminos infinite distantes, quomodo distant esse, & non esse, quæ distant toto genere. Ex genere .n substantiæ, & accidentis genere v. g. possunt intercedere infinita, sed illa infinita magis conueniunt inter se quã esse, & non esse. cum illa infinita sint sub ente, ergo esse, & nõ esse infinite distant, ergo requiritur infinita potẽtia.

creatur à Deo.

CEN-

CENTIL. LXXXXIII.

De Potentiis Animæ Rationalis eorumque obiectis.

1 TRes numerantur in anima rationali propriæ potentię Intellectus scilicet, voluntas,& memoria. Intellectus solet diuid in agentem, & passibilem, seu possibilem Intellectus agens est ille qui ad præsentiam phantasmatis materialis causati ab obiecto emittente species ad sensus externos,& ab istis ad internos siue concurrat ipsa phantasia instrumentaliter siue obiectiue tantum & vt exemplar producit species spirituales, vel intelligibiles adhoc vt Anima possit, cum sit spiritualis operari circa materialia etiam. Intellectus vero possibilis ita dictus quatenus potest cognoscere; seu passibilis quatenus recipit speciem intelligibilem, & depuratam productam ab agente: est ipsa eadem virtus cognoscitiua quatenus recipit talem peciem efformatam ab ipso intellectu

intellectus agens.

intellectus possibilis.

seu passibilis

tu

tu agente. Ex hoc habetur distinctio speciei impressæ ab expressa, nam impressa est, quæ recipitur primo in anima, expressa vero quatenus elicitur cognitio. Potest definiri intellectus, prout est vna potentia realis, vt dicemus infra quod sit. *potentia spiritualis cognoscitiua per discursum.* Distinguitur à sensibus quia sensus non sunt spirituales. Distinguitur ab intellectu Dei, & Angelorum quia nec Deus, nec Angeli discurrunt, cum non inferant ex noto ignotum. Et quamuis Angelus videatur aliquando discurrere cum ex signis externis videatur venire in cognitionem interni, tamen cum vtriusque habeat eamdem cognitionem simul, & vnam non deducat ex altera, non est discursus verus. *intellectus qui.*

2 Obiectum, adæquatum talis potentiæ est omne ens siue reale, siue rationis, siue positiuum, siue negatiuum, siue particulare, siue vniuersale, & quodcumque, quod cognoscibile est. Sed certé negatiuum ens non cognoscitur vt est, quia vt est non habet esse, & sic non potest percipi, ergo vel cognoscitur admodū entis realis vel cognoscitur Ens reale quatenus non habet in se tale vel tale prędicatum positiuum: Quando cognoscuntur v.g. tenebræ certe non cognoscuntur tenebræ ipsæ prout sunt negationes lucis, sed *Obiectū intellectus.*

cognoscitur aer non cognoscendo in illo lucem, sic de alijs quæ non habent esse in se ipsis.

volun- tas qua

3 Voluntas est illa potentia qua libere possumus operari, amare videlicet adeoque amplecti obiectum, vel odio habere, adeoque fugere. Obiectum voluntatis formaliter est bonum, terminatiuè verò potest esse etiam malum, nam dum voluntas fugit à malo, malum est obiectum terminatiue, fuga autem à malo est obiectum formale, quia fuga à malo est bonum; itaque bonum semper est obiectum voluntatis, quodcumque sit bonum siue delectabile, siue vtile, siue honestum, quin etiam malum sub ratione boni: quemadmodum obiectum intellectus verum, licet sit falsum terminatiue, nam vt alibi explicauimus falsum cognitũ vt falsum est cognoscere verũ, ideoq. falsum est obiectũ terminatiue intellectus, falsum vero cognitũ vt falsũ est obiectum formale, quia est verũ.

Bona quot.

Memo- ria qua

4 Memoria est potentia spiritualis qua suscitantur species alias perceptæ. Dicitur potentia spiritualis ad distinctionem memoriæ sensitiuæ materialis, quæ recipit tantum phantasmata materialia. Dicitur suscitans species alias perceptas ad distinctionem cæterorum actuum aliarum potentiarum, & ipsius met intellectus reflectentis supra priorem

sui

sui cognitionem, nam intellectus semper constituit nouos actus, adeoque nouam speciem sui actus: Ad memoriam non requiritur reflexio supra suũ actũ, sed est directa suscitatio speciei. Reminiscẽtia vero spiritualis datur, & differt aliquomodo ab ipsa memoria spirituali, in quatũ reminiscentia est excitatio speciei alias perceptæ, at non subita excitatio, vt facit memoria, sed per præuium discursum vel quasi discursum & ordinationem, proportionaliter ad ea, quæ diximus de Reminiscentia prout est potentia materialis. *Reminiscentia.*

5 Omnes istæ potentiæ non sunt realiter nisi anima, quæ quatenus repræsentationem rerum non prius cognitarum in se producit atque cognoscit dicitur intellectus: quatenus autem suscitat imaginem antea cognitarum dicitur memoria, seu reminiscentia si excitat tales species per præuium discursum vel quasi discursum quatenus tandem liberè illas amat v. g. vel odio habet dicitur volnntas, ideoque non sunt distinctæ realiter ab anima neque inter se, tum quia non habemus indicium distinctionis realis, tum quia anima ipsa operatur aliter, enim non posset ei imputari malum, & bonum, ideoque nec præmium, & pœna, nec laus, & ignominia. *Non distinguũtur ab anima.*

6 Est effugium aduersariorum

t 2 dice-

dicere imputari Animæ, cum voluntas, à qua emanant operationes proueniat à voluntate, sicuti dicitur ignem. A produci ab igne B. etiam si sit à Calore distincto realiter ab ipso igne A Primo quoniam hoc modo possemus imputare Deo malum à nobis patratum, cum nos proueniamus à Deo. Secundo quia est maxima disparitas; Ignis enim verè producit calorem, & illo producit alium ignem, at anima non producit volũtatem, sed est ipsamet potentia volens, ergo ipsi propriè imputatur bonitas, seu malitia actus, non vero volitioni realiter distinctæ, Si igitur ipsa anima est realiter volens, ipsa etiam est primo cognoscens, idest intellectus atque cognoscens per suscitationem specierum idest memorià, quia idem debet esse principium volitiuum, ac cognoscitiuum, cum non possit voluntas ferri in incognitum, vt alibi probatum est.

Dissolui turratio à contraria.

7 Neque ad saluanda supradicta sufficit pręsentia intima potentiarum cum ipsa anima: primo quia Deus uiueret per intimã præsentiam in entitatibus creatis, Secundo quia operaretur uoluntas sicuti operatur lapis in descendẽdo per intimam præsentiam auctoris naturæ cognoscentis. Tertio quia si non esset in ip-

Occurritur obiect.

ipsa potentia uolitiua cognitio, non diceretur formaliter appetitiua, & non posset formaliter determinari ab alia, sicuti non potest per cognitionem quam habet Petrus de Lapide prætioso V, g. formaliter determinari à cognitione Pauli ad illum amandum.

8 Neque potest esse per sympatiam, quæ intercedat inter intellectum, & uoluntatem, & memoriam, atque inter ipsas, & animam, Quia Sympatia est per quamdam actionem Physicam productam ab vno in aliam, sicuti producit succinum in Paleam, & Magnes in ferrum, talis autem actio potest impediri, uel ab iuterposito denso corpore, uel ab alio ut alibi diximus. Sed intellectus nihil Physicè causat in ipsa uoluntate, ideoque eadem anima realiter quę causat ipsas operationes consequenter ipsæ potentiæ sunt, & idem realiter quia quæ sunt eadem uni tertio sunt eadẽ interse saltem naturaliter. Diuersitas operationum & quidquid aliud adducatur potest dici quod arguat distinctionem formalem non realem. *Sympatia.*

9 Sicuti igitur ipsa anima est illa, quæ realiter operatur, & quæ concurrit ad omnes operationes, quæ propriè sunt vitales; ab anima enim dicũtur uitales ita in ipsa reci- *viuere quid.*

piuntur uel mediatè, uel immediatè operationes, & actus uitales. N*am viuere est affici per operationes*, *quæ sint vitales*, ergo cum anima uiuat, afficitur ab ipsis actibus uitalibus quorum quamuis aliqui sint materiales, tamen partialiter terminari possunt in Anima, non tanquam in subiecto adæquato quod repugnat, sed vt in subiecto inadæquato quod non repugnat. Visio enim terminatur in oculo ibique subiectatur sed oculus est Animatus ergo subiectatur in Animato, sed animatum dicit animam tamquam formam, & materiam tanquam subiectum, ergo partialiter subiectatur in anima, quæ cum sit in gradu superiori potest se extendere ad inferius, vt vidimus.

An actus vitalis recipiantur in anima.

CEN-

CENTIL. LXXXXIV.

De Proemialibus Metaphysicorum.

1 NObilitatem maximã huius ſcientiæ, quam poſt phyſicam examinandam ſtatuimus, nomen ipſum apertiſſime patefacit, nã in tantum metaphyſica dicitur inquantum eſt vltra phyſicam, traſcẽdit enim limites obiecti phyſicæ, cũ ad quodcumque ens etiam latiſſimé ſumptum eius conſideratio pertingat, ita vt de rebus ſpiritualibus, & de ipſometDeo ſaltem quantum naturali lumine cognoſcipoteſt exacté diſcurrat, ac proinde nomen Theologiæ naturalis ſibi vindicauit. *Methaphiſica cur ita dicta*

2 Iure optimo Antonomaſticè Philoſophia dicitur cum omniũ aliarum ſcientiarum principia probet vel reducendo ad impoſſibile: vel à poſteriori, vel per principia quædam vniuerſaliſſima ac lumine naturæ nota, ut ſunt *impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe: ita omne totum eſt maius ſua parte: quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe* Aliqui vo- *Quadã principia.*

lunt quod sit etiam principium vniuersalissimum hoc *quodlibet est, vel non est* Sed certe mihi videtur non habere tantam euidentiam, vt aliquid dubij non retineat, cum illud *quodlibet* inuoluat in suo intrinseco conceptu existentiam, nam non existens non potest dici quod sit aliquod. Sed quidquid sit de hoc Certum est omnia principia aliarum scientiarum (vt alibi dictum est) vel cum supradictis vel cum alijs similibus propositionibus lumine naturæ notis, & in se veris probare posse.

Dubiū

3 Huc reuocanda sunt omnia ea quæ diximus de natura Logicæ vbi statuimus in quo consistat virtus, & in quo discriminetur virtus speculatiua à practica, & scientia ab Arte. Ex quibus manifestissime desumitur. *Metahysicam esse Virtutem intellectualem, & scientiam speculatiuam dirigendo intellectum ad verum etiam de obiecto non factibili a nobis, & ex se necessario id cognoscendo vt est.*

Methaphysica quid.


4 Eius itaque obiectum totale non potest esse nisi ens aliquo modo intelligibile in tota sua latitudine, quia cum abstractio Metaphysica, vt alibi dictum est, sit à materia, & re, & ratione, necesse est vt sub eius consideratione sit quodcumque ens in tota sua latitudine. Fateor equi-

equidem eius obiectum principale, & vltimatum esse ens reale, tamen non vltimatum, & minus principale sunt etiã accidẽtia, negationes quod cumque aliud ens: De ente enim in tota sua latitudine sunt demonstrabiles passiones, & proprietates. Quãto magis igitur ens accedit ad esse reale, & substantiale, eo magis pertinet ad rationem obiecti vltimati, & principalis, & quò magis recedit ab ente reali, & substantiali, eo minus participat rationem obiecti vltimati, & principalis, & accedit ad rationem obiecti non vltimati. *Obiectũ vltimatum.* *Obiecti nõ vltimatum*

5 Quod accidẽtia nõ sint æterna, non tollit quod non possint participare rationem obiecti, cum omnia sint æterna ratione essentiæ, quæ consideratur a metaphysica, atque sic etiam ens rationis est æternum cum semper sit verum dicere Ens rationis est id quod implicat contradictionẽ, adeoque impossibile quod sit à parte rei. Quando autem Aristoteles primo poster. cap. 5. inter conditiones obiecti scientiarum requirit quod sit ens reale intelligitur quod obiectum principale, & vltimatũ sit huiusmodi, sed entia rationis, negationes, & similia possunt participare rationem obiecti secundarii, & non vltimati; cum totum id participet de ratione obiecti meta- *Occurritur ob.*

interpretatio Aristotelis: physicæ, quod stat sub eius abstractione sicuti diximus fusè de Physica, & Mathematica.

6 Dicere quod aliqua non habeat causas vt Deus, non possit demonstrari est falsissimum loquendo de quacumque demonstratione; quia licet demonstratio à priori fiat per causas, à posteriori tamen non fit per causas, sed per passiones, & effectus, vt multoties facit metaphysica. Quoniam vero potest probari immutabilitas Dei per immensitatem, & si immutabilitas, & immensitas sint idem realiter in Deo, ideo apparet non requiri distinctionem realem inter id, quod demonstratur, & inter id per quod demonstratur.



CEN-

CENTILOQ XCV.

De primo Ente.

Vbi.

De Serie effectuum & Prædetermi-natione.

1 CVm ſtatutum ſit conſiderationem, & abſtractionem Metahyſicam ad omnia entia ſe extendere primo loco ſe offert ens increatum, ad cuius Diuinam exiſtentiam demonſtrandam, & ad reiciendam prauitatem negantium eam ſufficere ſapientiſſimum effatum Regij Prophetæ in Pſal. 52. vbi notam inſipientiæ tribuit negantibus Deum exiſtere. *Dixit inſipiens in cor. de ſuo non eſt Deus.* Sufficerent ad demonſtrandam eandem exiſtentiam & teſtimonia ſcripturarum ſæpe ſæpius id confirmantium, vt patefaciunt illæ locutiones. *Ego Deus, & non mutor.* *Ego ſum qui ſum.* Et etiam ſex demonſtrationes poſitæ à S.Th. *Exiſtentia Dei* *Probatur 1. ex ſcriptura*

ſed relictis his, & alijs apponamus demonſtrationes petitas ex rationibus naturalibus, nõ quidem à priori, cum in Deo, non ſit cauſa, ſed à poſteriori.

2 Ariſtotiles 7. & 8. lib. Phyſicorum probauit dari primum Motorem, quia datur motus, nam motus non eſt à ſe, ergo ab alio, ſed non poteſt dari proceſſus in infinitum, ergo deueniendum ad motorem qui ſit primus, & ab alio non moueatur, ſed moueat: hoc modo demonſtratur quod detur prima cauſa, primus Gubernator, primum ens.

Probatur 2. ex Ariſtotile.

3 Neque obſtat, quod in Demonſtratione præcognoſcendum eſt, an ſit ſubiectum, & hic non præcognoſcatur. Sed eſt in quæſt. Quoniam præcognoſcendum an ſit ſubiectũ, quando demõſtratur aliqua paſſio de ſubiecto; non vero quãdo demõſtratur eius exiſtẽtia. Sic etiã contingens nõ eſt ſufficiẽs medius terminus ad demõſtrandã neceſſitatem ſubiecti, ſed eſt ſufficiens ad demonſtrandam dari aliquam cauſam neceſſariam, ex eo quod contingens (loquendo tam de vno, quam de tota collectione contingentium) cum poſſit eſſe, & non eſſe non eſt ſufficiens ſibi ad eſſe, ergo debet dari aliquod quod ſit illi ſufficiens ad eſſe, ſed hoc non poteſt eſſe de tota

collectione contingẽtium nam tota collectio contingentium habet hoc vt possit esse, & non esse, ergo debet dari vltra totam collectionem contingentium aliquod quod sit illi sufficiens ad esse, sed hoc non potest esse nisi necessarium, quod est extra totam collectionem contingentium ergo cum detur contingens, datur etiam ens necessarium, quod non sit indifferẽs ad esse, & quod sit à se, quod dat sufficiẽtiam alteri ad esse.

Probatur 3 ex contingente.

4 Pariter nec negatiuum sufficit ad inferendum affirmatiuum in propositionibus, & syllogismis Cathegoricis, cum conclusio sequatur debiliorẽ partem, sed in hypotheticis est sufficiens vt patet in hoc syllogismo quo demonstratur dari ens necessarium hoc modo. Si non daretur Ens necessarium, vel necessario non daretur, vel contingenter non daretur. Ens necessarium, sed quidquid dicas probat dari ens necessarium ergo datur tale ens. Probatur minor quo ad primam partẽ, quia si necessario non datur ens necessarium, est verum necessarium, quod necessario non detur Ens necessarium: Sed si est verum necessarium quod necessario non detur ens necessarium, datur necessarium cum necessarium verũ sit necessarium, & non contingens, quod .n. necessarium

rium est, non est contingens, ergo si necessario non datur Ens necessarium, datur ens necessarium. Probatur eodem modo eadem minor quo ad alteram partem, quia si contingenter nõ datur ens necessarium est necessario verum quod contingenter non datur ens necessarium, sed si datur necessario verum, quod contingenter non datur Ens necessarium datur necessarium, cum verum necessarium, sit necessarium, ergo si contingentur non datur Ens necessarium, datur ens necessarium. Demonstratur itaque hoc argumento quod detur Ens necessarium, quod detur verum sed verum est vnum, ergo demonstratur etiam quod sit vnum. Simili argumento demonstratur veritas, quia si non datur veritas, est verum quod non detur veritas, sed si est verum quod non detur veritas, datur veritas, cum verum dicat veritatem, ergo si non datur veritas, datur veritas. Potest probari etiam hoc modo quod detur sciẽtia, quia in tantum dicis quod non datur scientia in quantum scis quod non detur scientia, sed dum scis quod non datur scientia, datur scientia; scire enim est scientia, ergo si non datur scientia, datur scientia.

quod detur verum.

quod detur sciẽtia.

5 Demonstratur vlterius existentia Dei argumento efficacissimo ad-

adinuento à Celeberrimo Auctore nostræ ætatis omnium acutissimo, posito tamen prius, quod Deus intelligatur ille qui habet cumulum omnium perfectionum: hoc posito sic procedit argumentum. Nullum bonum est esse chimeram, sed cumulus omnium perfectionum est bonum, ergo nullus Cumulus omnium perfectionū est esse chimeram. Sed sola chimera est impossibilis, ergo talis cumulus omniū perfectionū est possibilis, ergo est actualis, quia possibile nō dicit existentiā, quæ est perfectio ergo possibile dicit imperfectionem, sed cumulus omniū perfectionū nullā dicit imperfectionē ergo talis cumulus non est possibilis, sed actualis, ergo debet esse etiam vnus, quia inter perfectiones est quod vnum sit omnium perfectissimum, sed talis cumulus habet omnem perfectionem, ergo habet etiam hanc, vt sit omniū perfectissimus, adeoque sit vnus, si n. nō esset vnus non haberet hāc, perfectionem vt sit perfectissimus omniū. *Probatur validè.*

6 Tria pulcherrima, & verissima ex hoc argumento colliguntur. Primum, quod detur Deus qui est cumulus omnium perfectionum. Secundum quod sit necessarius, & actualis, contingens enim dicit imperfectionem, dum dicit posse non esse, Tertium quod sit vnus. Confun- *Deus quid ex S. Anselmo.*

fundantur igitur Ethnici Deum negantes, cum, velint nolint, ostendatur illum esse actuale, necessarium, & vnum. Fateantur item Catholici ipsi, & omnes simul posse lumine naturæ cognosci dari Deum, nam sicuti ex structura Palatij arguitur architectus, ex architectura tam bene ordinatę molis mundialis prospiciatur eius summus conditor: *Quoniam in principio creauit Cælum, & Terram*

Probatur 5. Sed ex nihilo nihil fit, præsertim loquendo de causis efficientibus, nã quod non est, non habet sufficientiã de se ad esse, itaque quod nihil est, non potest esse ex nihilo ergo debet dari id quod creauit, & quod dedit sufficientiam ad esse, ergo ipsum debet habere esse à se, vt diximus supra & uideri possunt plura apud Suarez disput. 29. Metaphysices sect. 1. & secunda.

7 Hoc ens increatum de quò probauimus existentiam, & quãcumque perfectionem infinitam ex toto genere concurrit immediate ad entitatem omnium effectuum emanatorum non solum à se omnimode (de quo non est dubium) sed etiam ab omnibus causis creatis. Primo quia colligitur ex Scriptura clarissime nam psal. 146. habetur. *Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum*, & alibi *in quo viuimus*

Deus concurrit immediate ad omnes effectus.

mo-

monemur, & sumus, operatio enim vitę maximè est generatio, & productio. Clarius prima ad Corint. cap. 12. *Qui operatur omnia in nobis.*

8 Probatur 2. quia etiàm conseruato ente creato in ipsamet actione, potest Deus suspendere suum cõcursum, ne amplius producàtur effectus, & ne actio procedat vlterius vt euenit in fornace Babilonica, ergo signum est quod Deus non cõcurrit ad effectum mediatè scilicet per solam conseruationem causæ, sed requiritur etiam immediatus concursus. In fornace enim Babilonica concurrit ad effectum combustionis seruorum Regis, non ad combustionem puerorum hebræorum etiam conseruato igne.

Causa efficiens ab effectu distinguitur

9 Probatur 3. quia omnis effectus debet distingui a sua causa efficiente, ergo ignis B. effectus distinguitur ab igne A. Causa: Sed non potest distingui per gradum, neque specificum, neque genericum, ergo distinguitur per indiuiduationem. Sed indiuiduatio talis non potest haberi à sua causa creata, ergo à causa prima. Probatur subsumptum, quia nemo dat, quod non habet, loquẽdo præcipuè de causa efficienti, vt patet inductione in omnibus sed causa secunda non habet illam in-

indiuiduationem formalem quam habet eius effectus, ergo non potest illi dare talem indiuiduationem, ergo habet eam à Deo, si enim causa secunda daret indiuiduationem, daret illam quam habet, sed si daret illam, nullo modo distingueretur à suo effectu, qui in cæteris conuenit cum sua causa, vt apertissime constat, Petrus namque Pater in nullo differt à Paulo Filio, quam in indiuiduatione, ergo immediatè concurrit Deus, ad quem recurrere in Physica non est absurdum pro determinatione indiuidui, non solum quia de eo non potest dari scientia, sed etiam quia indiuiduatio, vt vidimus à nullo alio habetur. Esset absurdum recurrere ad Deum in illis in quibus potest esse scientia, vt de vniuersalibus dictum est.

Recurrere ad Deū an semper absurdū

10 Neque opponas huic rationi quod Deus non det indiuiduationem cum possemus dicere, quod licet causa secunda non habeat indiuiduationem illam formalem, quam habet effectus, tamen illam potest dare cum possit dici quod habeat virtuale. Quoniam neque potest habere virtualem, nam contrarium, & negatiuum non habet virtutem neque formalem neque virtualem producendi oppositum: ignis enim nullo modo habet virtutem producendi fri-

rigus, neque humiditas siccitatem, neque lux tenebras. Sed vna indiuiduatio est plusquam contraria alteri indiuiduationi, cum non solum ad inuicem se expellant omnimode ab eodem subiecto, verum etiam dicat negationem alterius; indiuiduũ enim est indiuisum in se, & diuisum à quocumque alio ergo &c.

11 Neque dicas cum aliquibus à Deo solum immediate constructũ fuisse mundum, cætera autem fieri ab ipso mundo, ita vt creato primo parente v. g. immediatè à Deo cum virtute producendi effectus, & generandi alium hominẽ, nempe Abel hic filius immediate sit à primo parente, & mediate à Deo, & sic de alijs: itaque videtur vera sententia ponens seriem effectuum. Primo quia talis sententia videtur reiecta a S. Augustino lib. 5 in Genes. ad literam cap 28 & ab omnibus fere Phylos. & Theologis vt videre est apud Suarez disput. 22. Meth. sect. 1. 3. Secundo quia est speciale beneficiũ, quod ego sim natus inter Catholicos, sed si esset vera supradicta sententia hoc non esset speciale beneficium contra sensum omnium Theologorum nullo discrepante, nam si esset vera suprapofita sententia ego, vt ego non poteram nasci ab alijs

Non datur seriet effectum.

pa-

Causa solum exigit effectum similem in specie.

parentibus nec mei parentes poterant nasci ab alijs quam ab illis à quibus sunt nati, & sic de alijs, ergo non potuissem nasci inter infideles, ergo non est speciale beneficium quod ego sim natus inter fideles.

12 Non valet ad confirmandam supradictam sententiam, quod in talibus circumstantijs exigitur magis ab igne A hic calor, quam alius ergo non potest esse nisi hic calor à tali igne in talibus circumstantijs, ergo hoc dependet a serie effectuum & à concursu mediato Dei. Quoniã est falsissimũ antecedés, & ratió est quia hic calor neque recipit maiorem similitudinem, neqne maioré vtilitatem ab hoc igne, quam alius calor numero diuersus, neque è contra, ergo hic calor non potest habere hanc exigentiam essendi potius ab hoc igne, quam ab alio, neque hic ignis potest habere hanc exigentiam producendi potius hunc calorem quam alium numero diuersum. Causa enim solum exigit effectum similem in specie, à Deo igitur habetur indiuiduatio, quæ vt talis formaliter cum non sit in causa secunda, neque potest dari effectui, si Deus immediatè non concurrat.

13 Dices cum Durando, Deum con-

concurrere mediate ad effectus entis creati quatenus conseruat illud ens creatum vt causa, intra cuius virtutẽ continetur eius effectus, nam Deus non concurrit per eandem actionem immediatam cum causa secũda, cum ipsa sola sufficiat, neque concurrit diuersa actione, nam vel tendit ad eamdem partem, vel in diuersam: Si in diuersam, ergo non operatur eumdem effectum, sed non requiritur quod tendat in eamdem partem cum sufficiat ipsa causa secunda; ergo nullo modo immediate concurrit ad eundem effectum Sed contra quia concurrit per eandèm actionẽ, cum causa secunda, cum ita subordinetur primo enti, vt cum illo constituat causam adæquatam: dico tamẽ non sufficere se sola ad productionem effectus, cum illi non possit dari vt vidimus se sola indiuiduationem, itaque coucurrunt causa secunda, & prima, vt vna causa adæquata ad effectum, sicuti quando duo eleuant pondus mille librarum v.g. ad tantam attollentiam, & altitudinem ad quam non potest attollere vnus homo.

14 Neque resumes quod tali pacto causa secunda non concurrit ad quod immediate pertingit prima causa, cum non det indiuiduationem quam dat prima causa vt diximus *obiectio valida.*

mus

mus, & ex alia parte, id quod dat causa secunda, cum sit intra limites suæ actionis non est cur Deus immediate donet, ergo semper redit argumentum. *Solutio.* Quoniam vnaquæque causa attingit totum effectum cum non possit assignari vna pars ad quam non concurrat vtraque causa, cum effectus sit quid indiuisibile; quia vero non pertingit totaliter, ideo dicitur verè quod vnaquæque concurrat, quia se sola vna non potest parere talem effectum, sicut cum duo homines attolluntpondus, unusquisque totum attollit cum nõ possit assignari pars attollentiæ ad quam non concurrat, sed non attollit totaliter, quia concurrit altera causa attollens; itaque hæc numero attollentia non potest haberi, quam à concursu vtriusque, nam vna causa ablata non causatur attollentia: Ita causa secunda concurrit ad dandum gradum genericum, & specificum at causa prima facit vt gradus genericus, & specificus sit talis, ideoque vt sit tale indiuiduum, ergo cum indiuiduum sit talis gradus specificus, & genericus, constat quod vtraque simul cum eadem causalitate concurrit ad totum, & totaliter indiuiduum. Explicatur optimè exemplo expletionis Cyati vino v.g. & aqua. Petrus det Paulo aquam, &

pe-

Petrus habeat etiam vinum, vterque concurrat ad expletionem Cyati, Petrus cum vino, & Paulus cum aqua recepta à Petro. Hoc posito illa expletio tota habetur, & à Paulo, & a Petro non potest assignari una pars in qua non sit vinum simul, & aqua, ergo tota, & totaliter habetur ab vtroque simul. Pari modo Deus, & secunda causa concurrit eodem modo ad constitutionem frãcisci v. g. qui indiuidualiter, & indiuisibiliter habetur ab vtraque cũ Franciscus sit Ens indiuisibile. Magis explicat exemplum literarum formatarum à puero, & à ducente manu, nam licet puer non possit efformare litteram tàm bene, ducens tamen manum bene format non se solo, sed cum puero qui verè format literam, & ducens etiam, cum det talem formam bonam, ergo concurrunt eodem modo indiuisibiliter. Eodem prorsus modo se habet causa secunda, & Deus ad effectum, qui secũdum indiuiduationẽ est à Deo, secundum vero gradum genericum, & specificum est à causa secunda, ideoque indiuiduum est ab vtroque indiuisibiliter, cum indiuiduatio formaliter sit a Deo, & gradus genericus, & specificus quibus inest indiuiduatio est à causa secunda, ergo cum indiuiduum dicat indiuiduatio- *instãtia*

dua-

duationem, & id, in quo ineſt indiuiduatio, quæ duo conſtituunt vnum indiuiſibilem effectum, ad illum eodem modo concurrunt immediatè cauſa prima, & ſecunda.

15 Non obſtat Deum eſſe cauſa partialem cum ipſe, & cauſa ſecunda ſe habeant vt cauſa adæquata ad effectum. Quoniam quotieſcumque cauſæ ſunt diuerſi ordinis toties poſſunt concurrere, vt cauſæ totales in ſuo genere ad eundem effectũ, ſicuti cauſa efficiens v.g. & materia ſunt duæ cauſæ totales concurrentes ad eundem effectum, cum ſint diuerſi ordinis ſed etiam cauſa prima, & ſecunda ſunt diuerſi ordinis, ergo ſunt duæ cauſæ totales, ſed non totaliter vna ſolum cauſat, quamuis vnaquæque cauſet totum effectum ſed omnes ſimul cauſant totum, & totaliter Concurſus itaque immediatus entis increati, ita eſt attemperatus vt quamuis abſolute poſſit totaliter, & totum producere effectum, tamen quando illum producit cum cauſa ſecunda producit totum ſed non totaliter. Et non eſt abſurdum (ſit pro ſecunda reſponſione validiſſima) quod attemperet, ſicuti homo potens eleuare pondus ſe ſolo, non vult, ſed attemperat virtutem ita, vt ſimul cum alio eleuet, ſicuti ducens manum puero poteſt ſe ſo-

Quando cauſæ totales poſſunt concurrere ad eundem

solo efformare literam, sed non vult efformare se solo, cum etiam puer concurrat per eamdem causalitatem.

16 Neque instes quod hoc modo causæ secundæ determinantur per aliquam virtutem antecedentẽ. Quoniam virtus causæ primæ in casu proposito est concomitans, & non determinãs, antecedẽter, superflua est qualitas antecedẽs, causæ .n. necessariæ sicuti habent entitatem, ita habẽt virtutem ad operandum sine tali qualitate antecedẽti: causæ verò liberæ, ita sunt vt si antecedẽter ponatur aliqua qualitas determinatiua, à qua non possint se liberare, causæ liberæ non remanent liberæ, sicuti qui est ligatus in pedibus, & manibus non valens soluere ligamenta non remanet liber ad ambulandum, ideoque vt sit libertas nullum antecedens debet esse necessarium prædeterminans, imo Decretum quo Deus vult concurrere cum causis liberis debet esse absolutum, & efficax, sed indeterminatum ad quemcumque actum, ad amorem videlicet, vel ad odium v.g. vel ad vtriusque omissionem, aliter læderet libertatem, itaque Dei decretum est semper absolutum ad concurrendum eo modo, quo exigitur à causa secunda, seu libera, seu necessaria. Et non est absurdum

Nõ datur prædeterminatiuũ.

concursum Diuinum determinari à nostra voluntate, & non è contra, cum hoc sit datum ex sua liberalitate donante nobis libertatem: Sicque Decretum quò vult nostram operationem est absolutum, efficax, sed indifferens ad quodlibet exercitium libertatis.

Deus determinatur à causa secūda.

17 Dicere quod debet dari prædeterminatio, cum Deus causam secundam præmoueat, facile soluitur quia præmotio Dei est solum excitando causam ad effectum, & non prædeterminando; nam posita tali excitatione Dei potest causa libera renuere vt statutum est pluries in Concilio Trid. Et quamuis causa sit eadem, & sint positæ eædem conditiones licet vna vice causa libera fecerit lessionem v. g. tamen altera vice cum omnibus iisdem circumstantiis in actu primo positis, potest facere deambulationem: idem n. manens idem semper facit idem positis iisdem circumstantijs optimè verificatur de causa formali, non vero de causa efficienti, & maxime libera, cum possit positis omnibus circumstantijs se determinare ad quem libet effectum per eius actuale exercitium. Sed si ab alio determinaretur in actu primo læderetur libertas, cū non sit indifferens, vt est de ratione causæ liberæ.

Idē facit idē quando verificatur.

Re-

18 Respondebis quod etiam si non sit indifferens in sensu composito cum determinatione antecedenti, tamen est indifferens in sensu diuiso, atque sic licet in exercitio exeat àd hunc effectum determinate potest dici quod habeat potentiam liberam; non enim valet argumentum de actu ad potentiam. Sed contra evidentissime quia neque est indifferens in sensu diuiso, cum Aduersarii fateantur vltimum complementũ potentiæ in actu primo esse prædeterminationem; sine illa enim potentia non potest exire in actum, ergo in sensu diuiso à prædeterminatione neque seruat indifferentiam, cum non sit vltimo completa ad operandum, sed neque in sensu composito vt dictum est, ergo nullo modo remanet libertas in potentia si ponatur prædeterminatio, ergo non est ponẽda, cum ex alia parte sufficiat, & concursus, & præmotio Dei, & cooperatio causæ secundæ.

Ratio efficacissima.

CENTILOQ. X CVI.

De Ente Rationis.

1 DEo vt primo enti necessariò maxime opponitur id quod nullo modo potest habere esse reale, ficuti est chimera, & ens rationis, quod vel sumitur intransitiue, & significat ipsam potentiam rationalem, vel transitiue, & est quod habet vel quod potest habere esse dependenter à Ratione, quod triplici modo potest contingere siue subiectiue vt sunt species receptæ in intellectu, & habitus ibi persistens, vel effectiuè vt sunt omnes actus intellectus qui efficiuntur à ratione: vel obiectiue, vt sunt quæ cognoscuntur à ratione], quæ autem habent esse reale aut possunt habere independenter à ratione, & istæ non dicuntur habere tantum esse obiectiuum: aut nullum aliud esse habent nec possunt habere, quam à ratione, & hoc est proprium ens rationis, de quò est sermo, & tractatur à Methaphysica in quantum melius hoc modo innotescat ens reale.

Ens rationis quot modis.

Ens

2 Ens rationis igitur est illud quod habet esse obiectiuum tantum in intellectu: patet experientia quod detur; nam per nostrum intellectum tribuitur esse positiuum negationibus, & priuationibus v.g. cum concipiamus cæcitatem esse formam positiuam noxiam, tenebras esse velū nigrum vel colorem caliginosum; formamus chimeram, vt Centaurum, vel hircoceruum ergo datur suo modo, non enim concipiuntur in casibus propositis solum partes, quia istæ dantur realiter quia Hircus datur, & Ceruus datur, sed concipiuntur identificatæ, & vt vnum, quod est omnino impossibile.

Datur ens rationis.

3 Neque obstat quod si daretur Ens rationis Intellectus in clarissimis, & veris operationibus falleretur, nam dum intellectus dicit homo non est lapis, debet concipere hominem, & lapidem, sed homo lapis est ens rationis ergo in veris operationibus falleretur. Quoniam intellectus non concipit in illis propositionibus ens rationis, & quid impossibile, sed concipit id, in quò fundaretur Ens rationis si fieret.

Solut. Obiect.

4 Quod Ens rationis non habeat proportionem in entitate cum intellectu, non facit quod non possit fieri ab intellectu, cum sufficiat pro-

u 3 por-

Occurri-tur alteri.

portio obiectiua scilicet quatenus potest intellectus per species saltem alienas, & confusas habere aliquam conuenientiam. & proportionem cum illo tanquam cum obiecto.

5 Ens rationis habet esse contra distinctum ab omni ente reali: Patet primo ex Aristotile 6. meth. Tex.4. vbi contradistinguit ens rationis ab omni ente reali, quod est diuisum in decem prædicamenta. Patet etiam quia ens rationis nullam inuoluit nec potest inuoluere realitatem, sed omne aliud ens vel inuoluit, vel potest inuoluere suo modo saltem abusiue realitatẽ vt de negationibus, priuationibus diximus, & dicemus; ergo &c. Probatur maior quia si inuolueret aliquam realitatem, non diceretur simpliciter ens rationis, nam omne ens sumit denominationẽ ab ea ratione, quæ est illi magis intrinseca, ergo cum simpliciter dicatur ens rationis nullam inuoluit, nec potest inuoluere realitatem, ergo est contradistinctum ab omni enti reali, siue possibili siue actuali.

6 Ob: obiectum debet præcedere ipsam potentiam, sed si ens rationis non inuolueret aliquam realitatem non potest præcedere ipsam potentiam, cũ haberet esse ab intellectu tantũ obiectiuè, ergo &c. Respõdeo quod obiectũ primarium, & motiuũ suf-

sufficit quod præcedat, non tamen secundarium, & terminatiuum: In ente rationis præcedit intellectus cognitionem ens primarium, & partes in quibus fundatur Ens rationis: v. g. præcedit hircus, & Ceruus licet non præcedat obiectum secundarium, & terminatiuum, quale est identificatio hirci, & Cerui, hæc .n. solum habetur ab intellectu Ex hoc desumitur validissimum argumentū ad probandam immaterialitatem intellectus, nam etiam posito quod requiratur originaliter phantasma materiale ad intelligendum, adhuc corrupto materiali phantasmate operatur intellectus, & supra phantasmata recepta varia efformat, ergo potest haberi operatio independenter à materialitate, vt est illa efformatio alicuius, de quò non habetur phantasma, sed modus operandi sequitur modum essendi ergo est immaterialis. *Intellectus immaterialis.*

7 Non solum ex dictis constat ens rationis consistere seu in vnione, seu in identificatione duorum natura sua incompossibilium; sed ita ut concipiatur vt vna entitas, cum ista identificatio seu vnitas duorum incompossibilium nec habeat, nec possit habere esse reale sed solum esse obiectiuum tantum in intellectu: verum etiam suadetur ex Aristoti-

le, quia circa simplicia vult non dari errorem, cum vel penitus ignorentur, vel penitus cognoscantur ideoque 5. Metaph. cap. 29. non aliam inuenit falsitatem in rebus, quam quæ consistit in compositione quam facit intellectus, sed in ente rationis semper est falsitas, quinimmo est ipsum falsum, cum sit tale, vt si ponatur à parte rei includeret duo contradictoria, scilicet duo incompossibilia, & si intellectus admitteret illud per cognitionem distinctam admitteret duas propositiones contradictorias ergo ens rationis consistit in compositione, & identificatione duorum inter se incompossibilium.

Falsitas vbi reperiatur.

8 Probatur 3. quia potentia rationalis adhocvt potius affirmet quã neget debet habere motiuum, sed ad affirmandum v. g. quod, hircus sit Ceruus nullum aliud potest habere motiuum, quam identitas illa impossibilis: ad affirmandum enim quod homo sit Animal; motiuum est identitas realis, quam habet homo cum Animali, quæ quia datur, facit affirmationem veram: ad affirmandum quod Æthiops sit albus est identitas quæ potest dari, quæ tamen cum de facto non detur, facit affirmationem falsam, ergo motiuum ad affirmandum hircum esse Ceruum est identitas

titas quam concipit intellectus inter vtrumque, & sic mouetur ad talem affirmationem, sed identitas talis nec datur nec potest dari, ergo hæc habet esse obiectiuum tantum in intellectu. Atque per hoc argumentum reiicitur omnis alius modus explicandi Ens rationis, cum semper debeat dari motiuum ad potentiam rationalem ex parte obiecti.

In quo vere cõsistat ens rationis.

9 Ens itaque rationis nõ solum est illa vnio impossibilis, sed etiam est vnio facta ab intellectu inuoluens vnionem impossibilem pro motiuo, atque sic habet esse obiectiuum tantum in intellectu, quia sic non est solum operatio intellectus, sed quatenus inuoluit illud motiuum impossibile, habet esse obiectiuum tantum in intellectu: ideoque non est modus tendendi solum cum modus tendendi sit realis, sed dicit etiã motiuum impossibile. Dupplex igitur potest esse ens rationis: primum est illa vnio impossibilis cum illa nec sit nec possit esse à parte rei, sed habeat esse obiectiuum tantum in intellectu. Secundum est Ens rationis factum ab intellectu, idest vnio facta ab intellectu inter duo incompossibilia inuoluens motiuum illud impossibile, si enim non inuolueret motiuum impossibile, non esset ens rationis, sed tantum operatio in-

 tel-

tellectus considerantis vnionem.

10 Ob: Ad hoc vt sit motiuum debet percipi ab intellectu, sed non potest percipi motiuum impossibile, cum illud solum possit percipi, quod est reale, & quod emittit species, motiuum enim impossibile non est reale, & non emittit species, ergo non potest percipi. Respondeo quod

Solut. Obiect. non est reale non potest percipi si non emittit species proprias, seu alienas, sed si emittit species saltem alienas potest percipi ; multa enim possunt percipi per species alienas vt sunt spiritualia, non existentia, impossibilia quæ percipiuntur, & nō per species proprias. Pariter concipiendo illam identitatem impossibilem ad modum possibilis fit chimera. Quando vero fit chimera, & ens rationis concipiendo priuationes, & negationes, quæ non habent esse ad modum entis realis, fit unio, & identificatio entis non realis cum ente reali, seu cum ente habente diuersum esse.

11 Ob. Rursus Entitas ficta non præscindit à fictione, sed identitas illa est ficta, ergo non præscindit à fictione; sed fictio est operatio intellectus; ergo entitas ficta est operatio intellectus; Respondeo quod entitas ficta formaliter non

præ-

præſcindit à fictione, materialiter tamen ab illa præſcindit, ergo non est tantum operatio intellectus, sed aliquid aliud, in quo consistit impossibilitas illa nempe identificatio, & vnio incompossibilium. quæ dicit & materialitatem, & formalitatem, ergo illa incompossibilitas compossibilitata (vt ita dicam) ab intellectu, illa est chimera, ergo dicit duo, videlicet compossibilitatem formaliter, & partium incompossibilium esse materialiter: conflatum itaque ex istis est ens rationis, vt patet perfecte consideranti, ergo vltra operationem intellectus dicit impossibile.

12 Ob. tandem: Intellectus non potest concipere duo contradictoria, sed ens rationis habet duo contradictoria, esse scilicet, & non esse, ergo non potest concipi ab intellectu. Respondeo distinguendo minorē Ens rationis est esse, & non esse respectu ipsius entis rationis nego, idest intellectus non concipit esse ens rationis, & non esse ens rationis, quod non potest proprié concipi ab intellectu: respectu vero entis realis concedo. Respondeo secundo distinguendo maiorem, non potest explicite concipere duo contradictoria concedo, implicite, & confuse nego.

Alia dilucidatur.

13 Dices primo cum aliquibus. Ens rationis consistere in ipso conceptu mentis nihil habet esse obiectiuum tantum in intellectu, nisi cõceptus mentis ergo de illo verificatur entis rationis definitio. Sed cõtra primo est, quia illa identitas habet tantum esse obiectiuum in intellectu, conceptus vero mentis potius habet esse effectiuè, & subiectiuè in intellectu, vt patet. Contra secundo quia ens rationis est potius obiectum circa quod versatur conceptus mentis, quam sit ipse conceptus præcisè, Contra 3. quia conceptus mentis est ens reale, & datur à parte rei, sed omne ens reale est mẽbrum contradistinctum ab ente rationis, vt vidimus supra, ergo cõceptus mentis non est ens rationis. Per nos autem est coniunctio impossibilium cum motiuo impossibili, sed totum hoc est impossibile ergo consistit in impossibili.

An consistat in cõceptu mentis.

In quo consistat.

14 Dices cum alijs. ens rationis consistere in aliquo impossibili cognito ad modum entis possibilis cum de hoc verificetur bene definitio entis rationis Sed contra primo quia vel hoc impossibile cognitum, vt possibile dicit identitatem duorũ incompossibilium, & sic incidit cum nostra sententia. Vel vltra illa dicit cognitionem reflexam, & contra

tra est quia Ens rationis fit etiam per cognitionem directam, nam licet possit esse etiam per cognitionem reflexam, vt quando affirmo meam cognitionem habitam in hac propositione *homo est lapis*, esse veram cognitionem, nam tunc consistit in entitate ueri, & falsi incompossibilium, tamen ens rationis contingit etiam directè, cum identitas,& idẽtificatio facta hominis cum lapide sit chimera. Contra etiam quia quando concipio Angelum ad modum iuuenis alati facio chimeram, sed Angelus est possibilis, & Iuuenis alatus etiam, ergo uel est falsa, uel nihil aliud dicit, quam id,quod nos dicimus; nam per nos est chimera, quia idẽtitas inter Angelum, & hominem alatum est impossibilis. Sed si respondeas consistere in Angelo & homine alato, quod est impossibile sed cognitum ad modum entis possibilis. Contra, est quia recurrit argumentum suprapositum, nam non est necesse vt detur actus reflexus, quia est ens rationis ideneficando Angelum cum homine alato absque alia reflexione.

15 Dices tandem cum alijs, ens rationis consistere in appræhensione terminorum, quæ ex modo tendenti unitiuo,quam habet in suum obiectum est determinatiua potius ad *An in modo tẽdendi.*

ad dissensum, hæc enim habet esse obiectiuum tantum in intellectu. Sed contra quia quod una apprehensio sit determinatiua potius ad affirmationem, quam ad negationem, debet habere motiuum, sed hoc non potest esse nisi identitas illa impossibilis, ergo non est tantum appræhensio diuerso modo terminata. Probatur minor, quia non sunt solum partes, quæ sunt realiter, neque est ipsum iudicium uniens partes primo quia ipsum est reale ergo totum esset reale; Secundo quia redit argumentum, nam non potest iudicium unire nisi detur motiuum ad unionem potius, quam ad diuisionem, ergo est unio illa impossibilis, quam concipio similem unioni reali.

16 Vrgebis denominatio extrinseca ab actu rationis, licet obiectum sit aliquod reale, & denominatio sit realis, tamen totum complexum habet esse obiectiuum tantum in intellectu, ut paries cognitus u.g. sed contra primo est, quia denominatio quæ habetur à forma reali, est realis, ergo non est ens rationis. Contra secundo quia ad hoc ut detur talis actus potius denominans affirmatiué, quam negatiuè, debet dari motiuum ex parte obiecti, quod non potest esse, ut dictum est nisi illa identificatio impossibilis. Instabis, affir-

Dissoluuntur fundamenta.

affirmatio, & negatio habent idem omnino obiectum, ac habent volitio & nolitio vt patet, sed ista solum differunt per modum tendendi in quantũ affirmatio tendit uniendo, at negatio diuidendo. Sed contra est quia quidquid sit de maiori, falsa est minor per particulam illam solũ, cum vltra modum tendendi vnitiuè, vel diuisiue requiratur motiuum, vt sit potius vnio quam diuisio, sed hoc motiuum non potest esse nisi identitas illa impossibilis in affirmationibus impossibilibus, sicuti in affirmationibus veris motiuum est identitas uera, & realis.

17 Quod Ens rationis possit fieri ab intellectu creato, tam Angelico quam humano, patet de Angelico, quia Angelus naturaliter cognoscendo Deum non potest illum comprehendere vnico conceptu. Sed cõcipit per plures conceptus, at hoc modo fit distinctio in essentia Diuina: item dum cognoscit Deum ordinatum ad creaturas quando cognoscit vt creatorem, facit ens rationis; nam in talibus cognitionibus fit identificatio naturarum incompossibilium, nempe indiuisibile (vt est natura Diuina) esse diuisibile, & absolutum esse ordinatum, ergo &c. De homine etiam patet, quia vt vidimus, potest coniungere hircum

Ens rationis potest fieri ab intellectu creato.

cum

cum Ceruo, & facere vnum identificatum hircoceruum impossibilem.

18 A nulla alia potentia; potest fieri; dices posse fieri à Deo cum Deus cognoscat hircoceruum esse impossibilem, sed hoc est verum, ergo datur in Deo ista veritas, ergo pertingitur à Deo hircoceruus. Sed contra quia Deus percipit Centaurum, sed non cognitione practica vt faciat, sed tantum speculatiua cognitione, ergo solum cognoscit ens rationis, idest aliquod implicãs, sed non facit, cum non vniat, & idẽtificet partes incompossibiles vt compossibiles; et ratio à priori est, quia in Deo non datur secunda operatio intellectus, sed ens rationis prouenit ex secunda, quia in secunda potest dari falsitas, & in omni chimera est falsitas, vt supra probauimus cum Aristotile; ergo non potest fieri à Deo, à quo neque potest fieri comparatio, cum habeat perfectissimam cognitionem omnium. Hinc est quod Angelus dum habet species proprias rerum creatarum congenitas, forsitan non potest in istis facere ens rationis, cum non possit errare, & habere cognitionem confusam vt requiritur ad Chimeram.

Non fit à Deo.

Ne-

19 Neque obſtat quod in ſecũda, & tertia operatione intellectus poteſt dari ens rationis, ergo etiam in prima: nam ponamus concipere negationes ad modum entis realis, tunc eſt Chimera, ſed prima operatio eſt in Deo, ergo etiam Deus poteſt facere. Quoniam eſt maxima diſparitas cum tam in ſecunda, quam in tertia ſit compoſitio, & diuiſio, ſed ens rationis fit per compoſitionem, & diuiſionem, nam in illo cõſiſtit identificatio naturarum incompoſſibilium, ſed in prima operatione non datur iudicium, ſcilicet compoſitio, & diuiſio ex parte intellectus ergo non datur ens rationis in prima. Verum quidem eſt quod datur in prima obiectiue, poſſumus enim percipere chimeram, ſed hoc non eſt facere, imo licet in prima operatione requiratur etiam motiuum, tamen hoc arguit requiri aliquid aliud vltra operationes intellectus ad formandam chimeram, non vero vnit tales partes incompoſſibiles; concipere enim hircum, & Ceruum ſimul non eſt facere chimeram, ſed coniungere eſt chimera, & ens rationis quod dicit duas naturas incompoſſibiles factas compoſſibiles, & vnitas à ſecunda vel tertia operatione intellectus.

à prima operatione nõ fit chimera

2 Neque deducitur quod Deus fa-

Quomodo concurrat cum intellectu ad ens rationis. faciat ens rationis ex nostra sententia ponente concursum immediatum Dei ad quemlibet effectum cum causa secunda, quoniam Deus concurrit vt auctor naturæ, & vt agens vniuersale, idest concurrit ad actum intellectus, sed concurrere cum tali concursu non est facere chimeram, cum chimera non sit solum operatio intellectus vt vidimus, & debemus discurrere in hoc casu, sicuti dicimus Deum coucurrere ad actum physicum, & non ad malitiam illius actus.

21 Dices posse fieri chimeram à sensibus internis, quia vi phātasiæ in fræneticis repræsentantur monstra teterrima, & incompossibilia, Centaur colloquentes, & pugnantes; *Non fit à sensibus internis.* sed contra est quia phantasia cum non habeat vim identificandi plura inter se, nec habet virtutem faciendi chimeram, quando vero suscitantur phantasmata, vel sunt aliquorum possibilium saltem virtute Diuina, vel est solum repræsentatiuo modo, & hoc non est facere ens rationis, quia ad ens rationis requiritur non solum vnio materialis incompossibilium, hoc enim potest etiam fieri à pictura, sed requiritur virtus vnitiua, & comparatiua incompossibilium vt compossibilium, quæ virtus est solum in intellectu. Hic potest ar-

argumentari ad hominem contra negantes chimeram posse fieri à phā tasia, & admittentes posset fieri à prima operatione intellectus, quia in tantum fit ens rationis à prima operatione intellectus, in quantum potest terminari in illlud, sed etiam à phantasia potest terminari à chimera: Quid enim prohibet, quod ego audiendo hircoCeruum formem eius phantasmata, ergo vel vtraque facit, vel nulla. Nulla facit, cum nec phantasia, nec prima operatio habeat vim identificandi duo incomposbilia, vt compossibilia sed solum repræsentandi.

Non à sensibus externis

21. Dices posse fieri à sensibus externis, cum percipiant sapores aliquando qui non sunt, ergo vnit apparens cum reali, in quo consistit chimera. Sed contra primò est quia nihil potest percipi à sensibus nisi sit sensibile, sed solum ens reale est sensibile, ergo solum illud potest percipi à sensu; Ens vero rationis, sicuti non est ens reale, nec est sensibile. Contra secundo quia quando sensus percipit sapores v. g. qui non sunt in obiecto, seu quid simile, sensus non errat, quia immediate percipit id quod excitat tales sensationes, vt alibi dictum est, ergo semper percipit aliquod reale quod excitat talem sensationem. In baculo v.g. semin-

mimmerso in aquam oculus percipit species refractas quæ habent vim excitandi talem sensationem, ideoque oculus non errat. Sed neque identificat esse fractum, & esse integrum; In quo consistit chimera, vt potest identificare intellectus qui potest dicere hanc curuitatem esse in baculo, qui est integer. Ita notat etiam Pater Beatus amicissimus in suo quadripartito] cap. 9. de ente rationis nu. 10. vbi dicit oculum non errare videndo Baculum fractum dum est semi immersus in aquam sed potius dat intellectui fundamentum errandi. Verum quamuis hoc optimè asserat, nescio quomodo sit coherens sibi ipsi, dum art. 3. de anima sensitiua nu. 51. in fine asserat sensum circa sensibilia communia errare, sed forma baculi est sensibile commune etiam per ipsum, & per omnes auctores, & per rationem alibi adductam, cum figura possit percipi à pluribus sensibus: in nostra sententia ponente nullomodo posse sensum vere, & formaliter errare, non valet argumentum, atque sic dum dicitur percipi silentium idem est, ac nihil audire; percipi tenebras est nihil videre, vel si tenebræ non sint totaliter dicitur videri modicum lumen, itaque nunquam errat neque

Contradictio patris Beati.

que identificat esse cum non esse.

23 Dices tandem voluntatem facere ens rationis, cum appetat malum sub ratione boni, & appetat honorem qui est relatio rationis. Sed contra quia voluntas non dat illi primo existentiam, & non identificat malum cum bono, sed supponit illud iam factum, & propositum ab intellectu, aliter non posset versari circa illud, ergo ens rationis respectu voluntatis se habet solum obiectiue, sicuti se habet Ens rationis factum à nobis, & cognitum à Deo quod propriè non est facere Quandovero S. Augustinus dicit, quod cognoscere Dei sit facere intelligitur de cognitione practica non de cognitione speculatiua, quia aliter non solum faceret chimerā, sed etiā faceret mundum possibilem actu nunc, cum nunc actu illum cognoscat. *nō à voluntate.*

24 Colligitur ex dictis ens rationis habere quatuor causas, quia sicuti habèt suum esse, ita debent dari causæ vt sit, non quidem per realem influxum, cum non habeat esse reale, sed suo modo, ideoque habet causam materialem, quæ est id supra quod fingitur Ens rationis: causam formalem, quæ est talis identificatio (seu compositio incompossibilium *Causa entis rationis.*

lium (ad-modum compossibilium) cum motiuo impossibili. Causam efficientem, quæ est intellectus creatus componendo vel diuidendo illa, quorum non habet species proprias, & tandem causam finalem, quæ est vel intelligere melius entia realia, & per hoc pertinet ad metaphysicam, vel est delectatio quemadmodum est illa, quæ recipitur à figmentis poëtarum.

CENTILOQ. XCVII.

De Ente Vniuersali.

vniuersale quid nominis.

1 VNIuersale est membrum contradistinctum à particulari seu singulari, nam ita singulare est vnum, vt sit incommunicabile pluribus tanquam inferioribus, in quibus cum non possit diuidi sortitur nomen indiuidui, de quo sufficit, quæ diximus alibi: vniuersale vero ita est vnum suo modo vt pluribus inferioribus comunicari possit, ideoq; opponitur singulare, & vniuersale, sicuti diuisibile, & indiuisibile.

2 Multipliciter est vniuersale, aliud namque est complexum, aliud incomplexum. Complexum est propositi-

positio vniuersalis v. g. *Omnis homo est rationalis.* & de hoc non est sermo: Incomplexum est terminus, singularis, qui pluribus conuenit eodẽ modo, vt est v.g. *homo*, qui omnibus Indiuiduis humanæ naturæ conuenit, ideoque ex vi nominis illud dicitur vniuersale quod est commune pluribus, & hoc multis modis contingit. Primo in causando, quatenus vnum plura causat, vt Deus, Sol Secundo repræsentando, vt vna pictura plura repræsentat. Tertio in significando, quando vnus terminus plura significat vt *homo*, & de istis non est sermo hic. Quarto in essendo, vt natura humana, quæ in pluribus hominibus inest. Quinto in prædicando quando vnũ potest prædicari de multis, vt natura humana de hominibus, & de istis dicemus, quod enim est in multis, potest prædicari, & affirmari de illis, in quibus inest, ideoque quod est vniuersale in essendo, est etiam vniuersale in prædicando.

vniuersale quõ tuplex.

3 Quod hoc vniuersale in essendo, & in prædicando detur patet primo auctoritate Aristotelis qui multis in locis admittit dari aliquod vnum commune pluribus vt primo posteriorum. Tex. 4. & 25. primo de partibus Animalium cap. 4. & 5. Metaph. Tex. 31. 7. Metaph. Tex. 4. &

Datur vniuersale.

& 47.1. Physicorum Tex.4. Secundo de Anima Tex. 68. vbi dicitur.
quid sit. *Vniuersale quod pluribus aptum est in esse, seu quod vnum dicitur de multis, quod multa continet, & de singulis prædicatur.* Ex istis S. Thomas 2. Metaph. lec 16. dicit vniuersale *quod unum est multis in esse, & de multis prædicari.* Patet etiam ratione, quia illud est vniuersale, quod est vnum commune pluribus. Sed datur aliquod commune multis tam in essendo, quam in prædicando, nam dantur multa, quæ in aliquo conueniũt & in aliquo differunt, cum singuli homines differant inter se, & tamen conueniant in esse hominis, sed id in quò plura conueniunt est aliquo modo vnum commune pluribus ergo.&c.

4 Aliqui dicunt apud Aristotilem 4. met. Tex. 32. nihil dari preter singulare sensibile, & digito demonstrabile, cum quidquid existit sit singulare, & nullum vniuersale sit singulare. Sed distinguenda est maior quidquid realiter, & nullo intellectu cogitante existit, est singulare, at quodq; existit per intellectum potest esse vniuersale, vt melius infra.
solvitur obiect.

5 Tria igitur præcipué requiruntur ad vniuersale. Primum vt sit in pluribus per identitatem, ideoque de-

debet habere vnitatem vniuocam, quæ secundum identitatem est in multis, & excluditur vnitas Analogica, & æquiuoca, quia non est perfecte in pluribus per identitatem; nam Canis non participatur à marino, & Cælesti, & Terrestri per identitatem, sicuti nec sanum, nec ens, cum substantia, & accidens non participent vnam prorsus rationem per eamdem identitatem, & quando Ens àb Aristotile dicitur vniuersale, intelligitur trascendentale, cum transcendat per omnia prædicamenta, non prædicamentale, de quo est sermo hic. Secundum vt multiplicetur in illis pluribus, quæ saltem numero sint diuersa, ac per hoc excluditur natura Diuina, quæ licet, sit in tribus personis per identitatem non sunt tamen tres naturæ, sed vna Tertium vt à singulis tota illa ratio participetur, ideoque lignum tripalmare, quamuis diuidatur in tres palmos, quia non potest verificari de quolibet palmo, quod sit lignum tripalmare neque hoc, neque aggregatum accidentale erit vniuersale, cum non sit in pluribus per identitatem. *2. requisitum.* *2. requisitum.*

6 Non datur tamen vniuersale separatum ab singularibus ut volebat Plato in Thymæo, atque 6. & 10. de Republica asserens dari quasdam *Ideæ nō dantur*

substantias uniuersales incorruptibiles, & immutabiles appellatas ab ipso Ideas, quarum participatione cætera indiuidua In suo esse determinato constituerentur, ita vt Petrus v.g. & Paulus sint homines, quia participant de illa Idea, quæ appellatur homo communis, vt refert, & impugnat Aristotiles pluribus in locis vt primo Post. Tex. 81. 2. Physicorum Tex. 18 Primo Ethic. Tex. 6. 1. Met. Tex. 5 & præsertim lib. 7, per totum præcipue Tex. 41. Nō datur inquam vniuersale hoc modo do quia licet S. Aug. lib. 1. in Gen. ad litt. c. 15. & lib. 7 de Ciuit. Dei cap. 24. & lib. 83. quæstionum q. 46. Marsilius Phiginus de Theolog. Platonica lib. 1. c. 5. & lib. 2, cap. 11. Picus mirand. in Conciliatione, atque Seneca Epistola 66. exponant Platonem locutum fuisse de Ideis existentibus in Mente Diuina, quæ nihil aliud sunt, quàm ipsa essentia Diuina, in quātum perfectissimè repræsentat omnia. Attamen præcisa hac pia expositione, & intellecta sententia Platonis secundum explicationem Aristotelis loc. cit est falsissima, vt notat Suarez. 5. met, sect. 1. nu. 5 quia nihil quod dat esse alteri in genere causæ formalis intrinsecè potest esse realiter separatum

Interpretatio ideară Platonis.

ab

ab eo, quod recipit esse, nam calor v.g. qui in genere causæ formalis intrinsecæ dat subiecto esse calidum non potest esse separatus ab illo subiecto calido, & sic de alijs, sed homo ille Idealis dat esse in genere causæ formalis intrinsecè singulis hominibus, cum habeant esse hominis ex eo quod participent de illo homine Ideali, ergo homo ille Idealis non potest esse separatus realiter à singulis hominibus, ergo est in illis ergo in illis est idem realiter vel non est idem. Si non est idem, ergo homo ille qui est in pluribus diuisus non erit vnus homo distinctus à cæteris: Si est idem, ergo vel omnes homines erunt vnus homo, vel ille homo Idealis prout est in vno homine erit realiter distinctus à se prout est in alio, sicuti duo homines distinguuntur realiter.

7 Dicere vero, quod ex vna parte datur realiter singulare demonstrabile, & ex alia quod datur scientia, cuius obiectum debet esse æternum, & immutabile, quod non potest esse indiuiduum, non arguit debere dari Ideas, & tale vniuersale Platonicum, cum à singularibus possit abstrahi ratio vniuersalis, quæ est æterna quò ad connexionem prædicatorum, & sic obiectum scientiæ di- *Occurritur obiect.*

citur æternum cum habeat necessariam connexionem cum sua passione, aliter illam non posset demonstrare. Sic effectus productus, & non à suo simili seu à causa vniuoca vt cum ignis producitur ex lapide, & Calibe, seu ex Putri Rana &c. Nō arguit productionem semper à suo simili, & à causa uniuoca, sed etiam à causa æquiuoca, vt alibi examinatum est, ergo non est necesse cōcedere aliquam causam vniuersalem, quæ tales effectus producat.

Soluitur alia.

8 Neque datur à parte rei in pluribus natura, quæ sit omnino indiuisa, & vna sicuti vult Scotus in primo dist. 6. q. 1. 9. ad quæst. igitur & in 2. dist. 3. q. 1. ad primum atque 7. Metaph. q. 18. asserens à parte rei naturam v. g. humanam esse vnam essentialiter, & hanc vnitatem essentialem esse semper coniunctam cum natura humana, nam vidimus Petrum, & Paulum esse duo induidua distincta, non tamen esse essentialiter distinctos, ergo esse vnum in natura humana ergo datur vnum in pluribus à parte rei; Quoniam communiter impugnatur a S. Thoma in primo dist. 19. q. 5. art. 5. Prima parte quæst. 85. art. 1. & 2. atque 11. Meth: lect. 2 Ab Auerroe, & Durando in primo dist. 3: quæst. 5. a Toleto quæst. 3: in proemium

vniuersale à parte rei vt asserit Scotus non datur.

Por-

Porphirij: a Suarez disput. 6, met: sect. prima, & ab alijs communiter, & iure optimo, nam differentiæ diuidunt genus, & indiuidua diuidūt speciem, quia dicitur quod Leo sit aliud Animal ab equo, & Petrus sit alius homo à Paulo, sed quod est aliud ab alio, est simpliciter diuisum ab illo, ergo Leo est simpliciter diuisus ab Equo, ac Petrus à Paulo, ergo ratio Animalis in equo non est eadem cum Animalitate, quæ est in Leone, & natura quæ est in Petro, non est eadem cum natura quæ est in Paulo, ergo natura in pluribus non est simpliciter vna, ergo neque est omnino indiuisa; nemo enim dicet Petrum, & Paulum esse vnum hominem, ergo non est vna in pluribus sed diuisa, & similis in illis hominibus,

9 Neque obstat quod id quod secundum se & suam essentiam, non est diuisum in plura, & est in pluribus, est vnum in illis; quod enim est indiuisum in plura, non est diuisum, adeoque est vnum, sed natura humana secundum se, & suam essentiam non est diuisa cum natura humana secundum se, & suam essentiam, non est diuisa, cum natura humana in quantum natura humanà est, non est diuisa in plura, & est in pluribus ergo natura humana est vna in plu-

ribus à parte rei, ergo realiter datur à parte rei vnum in pluribus, quod est vniuersale. Quoniam est falsa maior, & eius comprobatio, nam fieri potest vt aliquid secundum suam essentiam neque sit diuisum neque indiuisum, sed sit diuisum per id, cui coniungitur, sicuti homo neque est albus, neque non albus in quantum homo, sed est albus in quantũ iungitur subiecto habẽte albedinem; ita natura humana neque est diuisa neque indiuisa, in quantum natura humana est, tamẽ ratione indiuiduationũ quibus cõiungitur, habet vt sit diuisa realiter; etiã habet vt sit indiuisa per operationem intellectus abstrahentis illam ab indiuiduis.

Dini e quomodo non posset haberi

10 Neque vrgeas quod absque operatione intellectus Petrus, & Paulus non sunt diuisi in natura humana, magis enim sunt diuisi Petrus, & Equus, quam Petrus, & Paulus, ergo natura humana est in illis indiuisa, ergo est vna absque operatione Intellectus. primo quia licet non sit diuisa per aliquid essentiale natura quæ est in petro, & quæ est in paulo, sicuti natura quæ est in petro, & natura, quæ est in Equo; tamen natura quæ est in petro, & natura, quæ est in Equo & natura quæ est in petro, & quæ est in paulo non est omnino indiuisa

Dissolui tur fundamẽtũ Contrarium

ſa cum ſint duo homines petrus, & paulus, ergo eſt diuiſa, ergo non eſt vna niſi per intellectum, cum realiter non admittat omnimodam indiuiſionem, ſed aliquam diuiſionem. Secundo quia petrus, & paulus non ſunt diuiſi in natura humana numericè, nego: non ſunt diuiſi ideſt non ſunt diuerſi in eſſentialibus, ſicuti petrus, & Leo concedo, Sed hoc nõ dicit vnitatem in pluribus, ſed ſimilitudinem: Quia vero vna natura dicit, & vnitatem numericam, & prædicata, hinc eſt quod petrus, & Leo differant pluſquam numericè, cum differant in aliquibus prædicatis eſſentialibus, in quibus non differunt petrus, & paulus, cum habeãt ſimilia prædicata eſſentialia quæ numero tamen ſunt diſtincta, ideoque poteſt dici magis vnus petrus, & paulus, quam petrus, & Leo, non quod vnitas ſuſcipiat magis, & minus per gradus, ſed per partes Metaphyſicas, Genus ſcilicet, & Differẽtiam, & indiuiduationem. *Nota*

11 Neque inſtes, quod id, quod vna definitione definiri poteſt, debet eſſe vnum, vt docet Ariſtotiles 7. Met. Tex. 13: ſed natura humana definitur vna definitione, ergo eſt vna. Quoniam ſufficit vt ſit vnum fundamentaliter ideſt etiam ſi ſint plura, habeant ſimilia prædicata, *Definitum quo modo vnum.*

cata, quæ conuenientia est fundamentum vt accedente operatione intellectus natura sortiatur vniuersalem illum conceptum secundum quem definitur. *Atque ex hoc vno fundamentali*, idest ex conuenientia & similitudine in prædicatis petrus, & paulus habent relationẽ idẽtitatis inter se per operationem intellectus.

12 Ex hoc non arguitur dari relationem realem, cum talis identitas in Petro, & Paulo sit absque intellectu cogitante. Quoniam sicuti data tali identitate prædicatorum non datur vniuersale reale à parte rei sine operatione intellectus, sed solum fundamentum, ita talis identitas prædicatorum similium dat fundamentum intellectui comparando Petrum cum paulo in talibus prædicatis asserendi identitatem inter se, quæ si esset relatio formalis sine operatione intellectus, esset etiam vniuersalis, sed non est vniuersalis nisi fundamentaliter ergo neque relatio nisi fundamentalis, quia adhoc vt sit relatio formalis identitatis debet intellectus comparare inter se illa, nam sine comparatione vnumquodque creatum est absolutum, & comparatio est solum munus intellectus, vt constat clare apud omnes.

Non est relatio realis sicut nec vniuersale

13 Vt igitur ad rem redeamus na-

natura non habet vnitatem, & non est vna in pluribus, cum non sit omnino indiuisa, & licet natura Petri à natura Pauli non sit diuersa in essentialibus, adhuc non sunt omnino indiuisæ, sed admittunt diuisionē, cum non sit eadem numero natura, quæ est in Paulo, ac illa quæ est in Petro sed similis, ergo non habet vnitatem, ergo non est vniuersalis in singularibus nemine cogitante vt supradictum est, & dicemus etiam infra num. 18. & sequen., & præcipué 21.

14 Neque datur à parte rei vniuersale antequam identificetur in inferioribus vt opinatur Fonseca lib. 5. Met, cap. 28. quæst, 3. sect, 1. vbi, dat tres status reales in natura humana v. g. primus est naturæ antequam contrahatur ad indiuidua, in quo statu dicit esse naturam vniuersalem, quia est vna vnitate præcisiònis quatenus non est diuisa per differentias indiuiduales, sed præscindit ab inferioribus, & consequenter habet vnitatem præcisionis, atque est apta esse in pluribus. secundus status quando est iam cōtracta per differentiam indiuidualem, per quam àmittit vnitatem, & aptitudinem, nec potest esse vniuersalis, vt in primo statu. Tertius status est quando per intellectum ab-

ftrahitur ab ipsis singularibus, & concipitur non conceptis singularibus, & tunc pariter est vniuersalis, quia quodammodo redonatur illi vnitas, & aptitudo, quæ erat in primo statu, ergo tam in primo quam in tertio statu natura est vniuersalis.

15 Primo Quoniam quidquid conuenit naturæ potenti existere in indiuiduis, conuenit naturæ existenti in illis, cum sit eadem, & non distinguatur realiter essentia ab existentia, sed naturæ existenti in indiuiduis non conuenit illa vnitas præcisionis per Fonsecam, quia est iam diuisa, & contracta in indiuiduis, ergo neque naturæ potenti existere in indiuiduis Secundo quia illa vnitas non est actualis, nam illa vnitas est passio sequens ad naturam, sed passio non potest habere maiorem actualitatem, quam habet quod est principium passionis, natura enim in eo statu non est actualis, ergo neque vnitas illa præcisionis, ergo neque realis, cum de illa numquam possit verificari actualis existentia & potest formari argumentum in Celarent hoc modo, Natura in statu illo primo præcisionis non est actualis per Fonsecam cum sit in statu possibili ad esse in indiuiduis, sed vnitas est natura, seu est passio na-

1. ratio

2. ratio in Celarent.

naturæ in illo statu, ergo vnitas illius naturæ in statu præuisionis, non est actualis, ergo neque est realis: solũ enim actuale est reale.

16 Neque valet quod multiplicatur natura humana, ergo debet esse vna, cum quod multiplicatur non sit multiplex, sed vnum; Quia multiplicari esse potest aliquando ex aliquo vno, aliquando non ex vno, sed ex positione plurium à parte rei eiusdem rationis, ex quò intellectus habet fundamentum concipiendi, & abstrahendi ab illis naturam vnam, quæ deinde dicitur multiplicari in illis, hoc modo est in casu nostro: Sic etiam quando diuiditur natura, non est diuisio vnius partis ab alia, ex quibus constituebatur vnum integrum; sed est positio plurium eiusdem rationis, vt patet in numero. *multiplicatio quot modis.* *Diuisio quot modis*

17 Neque vrgeas quod natura antequam contrahatur per differentias indiuiduales est ens, ergo est vna, at non alia unitate quam præcisionis. Quia est à subiecto nõ supponente, nam natura antequam contrahatur per differentias non habet esse reale, ergo neque ens, neque unum. Minus instabis dicendo quod prius sit esse aptum essendi in pluribus quam actu existere in pluribus

ergo prius est natura in alio statu, quam in indiuiduis. Quoniam non praecedit in aliquo priori realiter in statu actuali, sed solum in statu possibili, at eodem modo praecessit possibilis sicuti est in indiuiduis, sed cum in indiuiduis sit multiplex, & non una unitate praecisionis, neque in statu possibili erat una.

18 Conantur comprobare sententiam Scoti aliqui apud Trombettam 7, met. qu. 8. asserentes naturā humanam u.g. existentem in pluribus indiuiduis habere à parte rei unitatem aliquam essentialem communē pluribus indiuiduis, quae sit unitas secundum quid, nam ponunt dupplicem unitatem, essentialem scilicet & secundum quid, & formalem appellant, quatenus essentia est forma indiuidui atque numerica, & simpliciter quam materialem nuncupant, quatenus indiuiduum subiectum est. Cum enim unitas sit negatio diuisionis in se ut ait Aristotiles 3. Metaph. Tex. 11. & 4. met. Tex, 3; totidem concedendae erunt unitates, quot possunt esse diuisiones negatae, sed unum diuidi potest dupliciter scilicet indiuidualiter ut Petrus à Paulo, & essentialiter ut Petrus à Leone, ideo datur dupplex uni-

Vnitas quid,

unitas, uidelicet essentialis, & numerica, sed quia unitas essentialis potest admittere aliquam diuisionem numericam, cum petrus, & paulus non sint diuersi essentialiter quamuis diuisi numericè; ideo unitas essentialis dicitur secundum quid, seu minor unitas, ut loquitur Scotus: unitas uero numerica cum nullam admittat diuisionem, dicitur unitas simpliciter, & maior, ergo datur realis unitas in natura, licet sit diuisa in pluribus;

19 Sed contra primo quia vnitas est negatio diuisionis in se, non quomodocumque sed in ea ratione qua vocatur vna, nam Petrus v. g. dicitur vnus homo licet sit diuisibilis in animam, & corpus, & partes integrantes, sed quia non est diuisibilis in homines, ideo dicitur vnus homo, ergo vnitas est negatio diuisionis; sed vel negat omnes diuisiones, vel aliquas. Non negat omnem diuisionem per aduersarios, cum possit admittere diuisionem numericam. Sed neque est negatio alicuius diuisionis ista vnitas secundum quid, nam si vnitas esset negatio alicuius diuisionis, vbicumque ponatur aliqua negatio diuisionis poneretur vnitas, vbicumque enim ponitur definitio, ponitur, & definitum; sed non vbicumque ponitur negatio alicuius diuisio-

Vnitas dicitur negatio omnis diuisionis

uisionis est vnitas , cum in binario hominum sit negatio diuisionis quaternarij hominum , & adhuc in binario hominum non est vnitas, vt patet, ergo nulllo modo potest dari ista vnitas secundum quid cum non dicat negationem, neque omnis, neque alicuius diuisionis, & admittat diuisionem, vt supra vidimus.

20 Contra 2. quia si daretur à parte rei in natura existente in pluribus vnitas essentialis, & secundum quid, (quod idem est) daretur à parte rei vnum simpliciter , nam quotiescumque ponitur in subiecto aliqua forma si non habet in eodem subiecto formam sibi oppositam contrarié , vel priuatiuè etiam si ponatur quælibet alia forma denominat semper subiectum simpliciter tale; posito enim calore in subiecto , & omni alia forma præter frigus, semper subiectum dicetur calidum simpliciter licet calor sit in tertio gradu v.g. & sit ordinatus ad octauum gradum: ita aer tenebrosus, & quæcũque alia forma (excepto lumine) ponatur, dicetur tenebrosus simpliciter sed vnitas essentialis est huiusmodi, cum neget diuisionem essentialem , ergo nisi ponatur in subiecto diuisio opposita quamuis ponatur alia diuisio v.g. numerica, vnitas essentialis denominabit subiectum

sim-

simpliciter vnum ergo natura existens in pluribus habens negationē d'uisionis essentialis erit simpliciter vna , & non vna secundum quid, vt aiunt aduersarij, ergo omnes homines erunt vnus homo ; tamen non solum Petrus, & Paulus sunt duo indiuidua, sed duo homines.

Vnitas essentialis non est secūdū quid.

21 Ad id vero quod dicitur quod inter Petrum , & Paulum datur aliqua indiuisio, quæ non datur inter Petrum, & Leonem, ergo inter Petrum, & Paulum datur aliqua vnitas: facilis est responsio , nam inter Petrum, & Paulum datur indiuisio essentialis, idest non diuersitas in essentiali, quæ diuersitas datur inter Petrum, & Leonem, tamen non datur indiuisio communis sed potius duæ similes negationes diuisionis essentialis : multiplicitas enim negationis habetur vel respectu formæ diuersæ cum in eodem ligno detur negatio dulcedinis, & caloris, vel etiam respectu subiecti Diuersi, nam in ligno A. & in ligno B. sunt duæ negationes respectu eiusdem formæ ignis v.g. Ita etiam in Petro, & Paulo sunt duæ negationes diuersæ respectu formæ ergo sunt vnitates diuersæ, seu distinctæ, licet similes in prædicatis essentialibus. At inter petrum, & Leonem sunt duæ etiam entitates non solum diuersæ, sed non

Multiplicitas negationis quomodo.

adeo

adeo similes in prædicatis essentialibus, sicuti sunt minus similes inter Petrum, & lapidem, attamen non est quid commune seu vniuersale (quod est valde notandum) licet sint vnitates similes in essentialibus inter Petrum, & Paulum ergo nō est vnitas formalis, sed solum fundamentalis.

An vnitas admittat magis, & minus.

22 Neque obstat quod vnitas nō consistat in indiuisibili, cum vnitas suscipiat magis, & minus; nam solemus dicere hominem, & Equum esse magis vnum, quam hominem, & lapidem, & S. Thom. docet prima parte q. 11. art. 4. Deum esse maxime vnum. Itaque vnitas admittens diuisibilitatem, & magis & minus; in Petro, & Paulo licet sit aliqua diuisio, potest esse aliqua vnitas. Quia licet vnitas non consisteret in indiuisibili, tamen non suscipit magis, & minus per gradus, sicuti calor v.g. qui dicitur minor si sit in tertio gradu, maior si in quarto v.g. quod solum arguit perfectionem accidentalem, cum essentia reperiatur in qualibet minima parte caloris: hoc enim est de natura homogenei, nam essentia aquæ tam reperitur in minima gutta quam in toto Mari, suscipit tamen vnitas quodammodo magis, & minus per participationem totius essentiæ vel partis, sic dicitur

ma-

magis homo Leo, quam lapis, quia in Leone est animalitas quæ est pars essentiæ hominis, quæ non est in lapide: & sic quando dicitur est magis vnus Petrus, & Paulus, quam Petrus, & Leo, atque Leo, quam lapis nō est ita vt participet essentiam vnitatis communis seu vniuersalis, sed solum fundamentaliter in quantum licet Petrus sit diuisus à Paulo per diuersam vnitatem, quamuis similem, non communem, tamen non est diuisus per prædicatum essentialem specificum sicuti est diuisus ab equo, & per genericum à lapide, sic etiam ab Angelico dicitur Deus maxime vnus, non quod Petrus cum neget omnem diuisionem non dicatur maxime vnus, sed quia Deus ex pluribus capitibus potest dici vnus, cum eius essentia, & entitas nullam admittat diuisionem, vt habetur eadem q. art. 4. ad 3.

Deus quomodo maxime vnus.

23 Neque rursus obstat, quod si omnis vnitas realis esset numerica, etiam omnis diuisio realis esset numerica, quod videtur falsum, aliter enim Petrus, & Leo non essent diuisi plusquam nu. 1. quia Capreolus in 3. dist. 1. art. 3. ad 3. principale contra Scotum ait nimis probare retorquendo argumentum hac ratione. *Omne diuersum ab alio eadem vnitate differt ab alio, qua est vnum* in

Retorq. argumentum

in se, sed Socrates est quid vnum in se vnitate numerica, & specifica, ergo Socrates differt à Platone num. & specie. Secundo quia licet Petrus, & Leo diuisione reali non differant plusquam numero, tamē secundum aliqua quæ includit vnus numero Petrus, differūt plusquam numero, nam in vnitate numerica Petri includitur negatio illius differentiæ essentialis Leonis ergo differt etiam essentialiter à Leone, non vero à Paulo v. g; nam non includit nisi negationem differentiæ numericæ Pauli.

24 Neque denique obstat quod vnitas est passio entis, ergo quodcumque quod sit ens, est vnum, cum sint conuertibilia, sed natura quæ est in Petro prout præscindit ab indiuiduatione Petri est ens reale, ergo est vna non indiuidualiter, ergo essentialiter sed prout essentialiter est communis pluribus, ergo datur vna communis pluribus, quoniam vnitas realis est passio entis quatenus est coniunctum ens cum indiuiduatione, seu quatenus est tale indiuidualiter, non vero quatenus est ens, vt ens in communi, sic substantiæ conuenit per se subsistere in quantum est indiuidualiter, sed substantia in quantū substantia in communi non subsistit: pariter corporis est habere trinā dimentionem quatenus indiuidualiter

Vnitas non conuenit enti vt enti

ter

er, non vero corporis in communi.

25 Ideoque non quod conuenit omnibus inferioribus conuenit superiori simpliciter, sed in quantum respicit inferius, atque ita vnicuique homini conuenit posse videre, non tamen homini vt sic; Et quamuis veritas detur in conceptu communi entis, tamen hoc non arguit dari etiam vnitatem nisi per intellectum, non realiter in illo gradu communi; nam sicuti veritas est in mente in quantum conformabile est intellectui obiectum, tunc enim est veritas quando res est talis qualis ab intellectu cognoscitur, ita etiam non potest esse vnitas in illo communi entis nisi per intellectum.

26 Atque sic stat non dari vnitatem essentialem communem pluribus, sed solum vnitatem essentialem numericam qua, & constituitur Petrus in esse tale Indiuiduum, & differt numero à Paulo cum habeat aliam naturam numericam sed similem in essentialibus; ac differt essentialiter à Leone, cum habeat non solum naturam numericã diuersam, sed etiam in essentialibus dissimilem; ideoque Intellectus non potest concipere tantam conuenientiam inter Petrum, & Leonem, sicuti concipit inter Petrum, & Paulum, quæ est relatio rationis cum fundamento in re

ita.

itaque datur unitas essentialis realiter nnmerica formaliter diuersa ab illa, nam unitas essentialis est negatio diuisionis essentialis, sed datur negatio diuisionis essentialis cum Petrus non solum neget diuisionem; in numero, sed etiam in essentia, ergo datur unitas essentialis realiter indiuidualis formaliter ab illa distincta.

vnitas negatiō diuisionem.

27 Itaque per nos vnitas definita ab Aristotile vt supra quod sit negatio diuisionis intelligenda est uniuersaliter, videlicet omnis diuisionis, quia est tradita definitio per negationem, quæ est malignantis naturæ, negat enim omnia, ergo semper vniuersaliter explicanda est si commode fieri potest, nam aliter nō esset vera hæc propositio *verbum non est creatura.* Sic etiam explicantur fere omnes aliæ definitiones traditæ per negationem v.g *vacuum est locus carens corpore*, idest omni corpore, aliter non esset vera. Sic cæcitas est *carentia lucis*, scilicet omnis lucis: Sicque tenebræ est *negatio luminis*, idest omnis luminis, ita etiam *vnitas est negatio diuisionis*. idest omnis diuisionis in se, ergo vnitas essentialis non datur admittens aliquam diuisionem numericam, ne detur vnum in pluribus absque intellectu cogitante; ergo solum datur vnitas nume-
rica,

rica, ideoque Petrus est vnus, quia habet vnam numericam essentiam, negans omnem diuisionem; & sic distinguitur à Paulo, quia Paulus habet aliam numericam essentiam diuersam ab illa petri, licet similis in essentialibus, & distinguitur à Leone, qui habet aliam numericam essentiam diuersam, & dissimilem etiã in essentialibus.

28 Non datur igitur vnitas essentialis, quæ non sit realiter numerica, licet forsitan possint distingui formaliter inter se, cum vnum quodlibet indiuiduum habeat essentiam, & indiuiduationem, ergo est vnum in essentia, & numero, ergo habet vnitatem essentialem, & numericam formaliter diuersã. Aristotiles 5. Met Tex. 11. 12. dum dicit non esse idem vnum numero, & vnum specie, & vnum genere, cum quæ sunt unum specie, uel unum genere, non sit semper unum numero; Igitur quæ sunt unum specie, uel unum genere habent unitatem formalem absque unitate numerica, intelligendus est non realiter, sed formaliter, & per intellectum, nam realiter petrus est hæc essentia numero, ergo dicit unam essentiam numericam realiter formaliter uero dicit duo in adequatè, uidelicet essentiam, & in-

Occurritur ob.

indiuiduationem.

29 Neque dicas non dari in ſingulis indiuiduis unitatem eſſentialem, ſiue per intellectum, ſiue alio modo diſtinctam ab indiuiduali unitate, nam ſi daretur talis unitas eſſentialis diſtincta aliquo modo ſaltem formaliter, & per intellectum ab indiuiduali eſſet una communis pluribus quod à nobis negatur, & iure; ſi enim daretur talis unitas eſſentialis eſſet negatio diuiſionis eſſentialis, ſed eadem negatio diuiſionis eſſentialis quæ eſt in Petro u. g. eſt etiam in petro, & paulo ſimul, & in omnibus hominibus, cum omnes homines habeant negationem diuiſionis eſſentialis ergo eſſet una communis pluribus. Quoniam non eſſet una communis pluribus, cum unitas eſſentialis non ſit abſoluté negatio diuiſionis eſſentialis, quæ abſolutè ſicuti eſt in petro ſolum; ita in omnibus alijs hominibus ſimul; ſed eſt nō *pluralitas negationis diuiſionis eſſentialis*, at in Petro, & paulo ſimul non eſt *Non pluralitas negationis*, ſed eſt pluritas negationis diuiſionis eſſentialis, ergo non eſt vna in pluribus illa unitas eſſentialis, quæ eſt in Petro ſolum formaliter diſtincta à numerica, cum realiter ſit una eſſentia numerica.

Soluitur optime valida Obiect.

Ne-

30 Neque urgeas quod hoc modo definitum includitur in definitione, idem enim est dicere non pluralitas negationis diuisionis essentialis ac una negatio diuisionis essentialis, ergo in definitione unitatis includitur vnitas ut patet. Quoniam licet sit realiter idem non pluralitas ac unitas, tamen sunt formaliter diuersa, ut de se constat, et sic non sunt propositiones identicæ, quod sufficit ad saluandam propositionē, sicuti licet sit idem realiter Petrus, & hic homo, tamen cum non sit formaliter idem sufficit ad ualiditatem argumenti u g. si dicerem hic homo est in scola, ergo Petrus est in scola ualet, quia potest fieri argumentum expositorium, hic homo est in scola, sed Petrus est hic homo, ergo Petrus est in scola, quamuis non sit bonum argumentum Petrus est in scola, ergo Petrus est in scola cum sint propositiones identicæ, & non potest fieri argumentum in forma ut patet, ergo potest dici distingui formaliter, & per intellectum unam essentiam numericam, licet sit idem realiter. *propositiones idēticæ.*

31 Negato itaque vniuersale à parte rei uel ante singularià, uel in ipsis absque intellectu cogitante, & negata unitate communi pluribus

cum

cum dixerim dari uniuersale, uidendum quomodo detur, & in quo consistat, & quæ sit unitas, & aptitudo requisita ad uniuersale, quod fit solum per operationem intellectus: quod probatur primo ex Aristotile qui primo de Animâ Text. 8. docet, aut uniuersale nihil esse, aut posterius esse idest post operationes intellectu. Probatur 2. quia ut dictum est datur uniuersale, sed non datur neque extra, neque ante singularia, neque in ipsis, ut supra fusè uidimus, restat igitur ut detur uniuersale abstractum à singularibus per operationem intellectus. Et licet Aristotiles 2. de Anima Tex. 33. uelit obiectum esse prius ipso actu, non tamen per hoc arguitur uniuersale esse prius operatione intellectus cuius est obiectum cum sufficiat uniuersale fundamentale, idest natura singularizzata sit prior operatione intellectus, non uero requiritur quod sit prius uniuersale formale, & sic res ipsa est obiectum scientiæ cum hac tamen conditione, ut habeat Vniuersalitatem, idest sit præcisio à singularitate, quod depêdet ab operatione Intellectus. Hinc fit, quod quamuis detur singulare nemine cogitante, tamen non datur vniuersale nemine cogitan-

Quomodo uniuersale datur.

tan-

tante, vt relatiuum oppositum singulari, nam singulare vt singulare non est relatiuum respectu uniuersalis, singulare uero ut habens per intellectum relationem singularitatis ad aliquod tanquam ad uniuersale est per operationem intellectus & sic relatiue opposita uniuersali et ergo sicuti illud est per intellectum, ita hoc uide infra nu. 34.

32 Neque obstat quod si daretur vniuersale in essendo omnia indiuidua essent idem interse, nam sunt vnum in illa ratione communi ergo sunt vnum inter se quod est falsissimum. Quoniam singula indiuidua non sunt vnum adæquate in illa ratione communi sed, sunt vnum inadæquate, nam ad hoc vt Principium valeat, quæ sunt eadem vni tertio sunt eadem inter se, oportet vt illud tertium adæquatè participetur à singulis, ab illa natura vna non adæquate participatur à singulis cũ singulare habeat illam, vt singularizzatam, quæ non est sufficiens ad vniuersale, cui repugnat incomunicabilitas, ideoque singularizzatio à qua abstrahit, intellectus, illa est vna apta ad uniuersale, & non tantum subiectiuè, ut aiunt Nominales, sed etiam obiectiuè, aliter enim non esset uera hæc propositio *Petrus est homo*, cum Petrus nõ sit conceptus *Explicatur principium.*

y tus

tus hominis ergo debet dicere obiectiue præter conceptum; Hinc est quod in ipsis uocibus tantum, non datur uniuersale in essendo, & prædicando, sed tantum in significando: nam uoces supponuntur pro rebus de quibus datur scientia, & non de uocibus. Si enim esset tantum in uocibus uniuersale, tolleretur prædicatio uniuoca; non enim conuenirent inferioribus secundum essentiam, sed tantum secundum conceptum, & uocem.

uniuersale non est in vocibus

33 Datur itaque uniuersale per intellectum in essendo, & prædicando cum fundamento in re, idest datur una cognitio uniuersalis habens pro obiecto immediato non ipsa singularia in confuso, ut uolunt nominales, sed ipsam naturam communem pluribus, uel actualibus, uel possibilibus, mediante uero illa natura una, terminatur ad singularia, atque ita uniuersale est ipsa natura realis, quæ nemine cogitante est in singularibus, in quibus existens est singularizzata, adeoque obnoxia uniuersali, à quibus tamen abstracta per intellectum concipiendo prædicata essentialia, non concipiendo differentias indiuiduales est uniuersalis, cum natura in suo conceptu neque includat, neque excludat singularitatem.

Ita-

34 Itaque vniuersale fit per cognitionem abstractiuam *in suo primo esse*, & non per cognitionem comparatiuam, quia data comparatione ante abstractionem possum non abstrahere à singularibus comparatis, ergo non datur per comparationem ante abstractionem; neque per comparationem ante abstractionem: neque per comparationem post abstractionem, nam posita abstractione natura est vna apta esse in multis absque comparatione, saltem in suo primo esse, ergo non requiritur comparatio, & ex alia parte est sufficiens abstractio, quia data abstractione est vna, & apta esse in multis, etiam si de facto non comparetur ad multa: sufficit enim quod sit apta, quod est sine comparatione data abstractione à singularibus. Adde quod data abstractione sine comparatione datur vniuersale sufficiens ad scientias, ergo nõ requiritur comparatio, saltem in suo primo esse; præsertim cũ vniuersale sit quid comune multis, & non est necesse vt cognoscatur vt tale per cognitioné reflexam, sed directe constituitur; sicut Ens rationis est quod habet esse obiectiuum tantum in intellectu, non requiritur ad sui essentiam, & primam constitutionem, quod cognoscatur vt habens esse obiectiuum tan- *An fiat per cognitioné comparatiuam*

tantum in intellectu. Quando vero Aristotiles vocat vniuersale unũ de multis, hoc est relatiuum, debet intelligi fundamentaliter non in sua prima constitutione sed quatenus constituto vniuersali potest comparari vt superius ad inferiora. Ita etiam quando nominat vniuersale oppositum singulari, debet intelligi de oppositione distantiæ, in quantum singulare est propinquum sensui, Vniuersale vero remotissimum à sensu.

35 Neque obstat quod in ipsa abstractione adhuc inuoluitur comparatio, quando enim abstrahitur natura ab Indiuiduis abstrahitur per comparationem ad illa. Quoniam potest esse abstractio absque comparatione, vt de se constat, & diximus supra. Imò etiam si detur comparatio, tamen non probat constitui vniuersale per cognitionem comparatiuam, cum prius natura, saltem per intellectum sit vna, quam comparata ad multas, ergo saltem in primo suo esse constituitur per abstractionem directam, nam etiam si intellectus abstrahat ab vno indiuiduo, potest constitui natura vniuersalis, nempe prædicata essentialia quæ possent applicari aliis indiuiduis si darentur; possumus enim ab-

Sufficit abstrahere ab vno.

stra-

ſtrahere natura ab ipſo ſole.

36 Eius ratio formalis conſiſtit in natura abſtracta quatenus eſt fũdamentum proximum vnitatis, & aptitudinis vniuerſalis, quia poſita natura abſtracta habetur totum id, quod requiritur ad vniuerſale quatenus eſt obiectum ſcientiæ, quę non conſiderat ſingularitatem, ſed naturam præciſam à ſingularibus, & quia ſicut ſingulare licet dicatur vnum, & ineptum ad eſſendum in pluribus, tamen eius eſſentia non conſiſtit in vnitate, & in aptitudine ad eſſendum in pluribus ſed in illo quod eſt proximum fundamentum, cui detur talis vnitas, & inaptitudo ita etiam vniuerſale. Et patet etiàm à priori, quia illud eſt ratio formalis vniuerſalis, quod eſt prædicatum, conſtitutiuum rei, & illud eſt prædicatum conſtitutiuum rei, primo quo poſito primo ponitur res, & illud eſt primum prædicatum primo conſtitutiuum rei, quod eſt diſtinctiuum illius ab omni alia re, ſed per naturam cum conditione hac videlicet *abſtractam* primo vniuerſale conſtituitur, & diſtinguitur ab omni alia re, natura enim abſtracta non eſt ſingularis, nam præſcindit à ſingularitate, cum non ſit formaliter ſingularis, & ex alia parte inter ſingula-

vniuerſale propriè, & I. quomodo nameſt.

gulare, & vniuersale non est medium, ergo est formaliter vniuersalis. Quamuis vero per vnitatem, & aptitudinem discernatur à cæteris, tamen istis duobus non distinguitur primò à cæteris, sicut licet homo per risibilitatem distinguatur à Cæteris, tamen non primo per risibilitatem, sed primo per rationalitatem: ita etiam vniuersale non per vnitatem, & aptitudinem primo, sed per naturam abstractam quæ non est fundamentum diuisionis realis, à quibus præscindit, sed fundamentũ vnitatis, & aptitudinis, sicuti natura humana determinate exigit risibilitatem, non verò hinnibilitatem à qua contradistinguitur. Si uero dicatur quod sit fundamentum diuisionis rationis hoc non obstat.

37 In tantum autem dicitur vniuersale unum aptum esse in multis, quia uel non est rigorosa definitio, sed descriptio per passiones, uel non intelligitur unitas formaliter constitutiua uniuersalis, sed unitas fundamentaliter, sicuti paries dicitur similis alteri parieti non quidem formaliter sed fundamentaliter in quãtum est albus, ut alter. Nec est nouum in natura quod aliquod nomen impositum ad significandum effectũ usurpetur ad denominandum eius principium, vt in exemplo allato de

de uoce *simile*, & etiam dici potest de *Actu*, nam actus non solum significat operationem, sed etiam fundamentum, & potentiam operationis ideoque dicitur actus primus, & sic etiam ens in communi non dicitur vnum formaliter, vt singulare, sed fundamentaliter unum. Pariter uniuersale dicitur unum aptum fundamentaliter, formaliter vero constitutum per naturam abstractam. *Dixi abstractam*, quia abstractio se habet ut forma, sicut cognitio respectu parietis cogniti, & quia natura abstracta est proximum fundamentum unitatis, & aptitudinis, quod non potest esse natura non abstracta, quæ habet impedimentum ad essendum proximum fundamentum unitatis, & aptitudinis, nam est cum diuisibilitate indiuiduali; sicuti ignis distans non est fundamentum proximum combustionis, & causa ligata ad deambulandum non est fundamentum proximum deambulationis: ita natura quæ est à parte rei et cum impedimento ad essendum unum aptum, per indiuiduationem; præcisa igitur ab indiuiduatione est fundamentum proximum unitatis, & aptitudinis, ergo formaliter uniuersale est per naturam abstractam Hinc est, quod uniuersale est ens reale, saltem secundo intentionali-

ter, cum primario dicat naturam connotando abstractionem. Formaliter habetur per intellectum possibilem à quo habetur formaliter abstractio; efficienter vero, & virtualiter ab ipso intellectu agente formante species abstractiuas, quas receptas ab intellectu possibili elicente per ipsas abstractionem, formaliter habetur vniuersale.

38 Neque obstat quod natura in abstractione habet vnitatem, nam non concipitur diuisa ergo in abstractione concipitur vna, cum Aristotiles 5. met. Tex. 11. dicat, quod quædam habent diuisionem quatenus non habent esse vnum, ergo potius vniuersale constituitur in ipsa natura vna; quam in natura, vt est fundamentum proximum vnitatis. Quoniam natura in abstractione habet vnitatem fundamentalem non formalem, & in quantum non concipitur diuisa non valet quod concipiatur vt vna formaliter, nam licet hoc sit verum, & à parte rei, & realiter, Animal enim non est rationale, ergo irrationale, & si non est forma, est priuatio formæ; tamen per conceptum non est verum; nam si concipitur Animal non vt rationale non valet; ergo concipitur vt irrationale quia potest concipi Animal vt se habet in se, præcindendo à ratio-

nali,

nali, & irrationali; ita concipitur natura vt natura abstracta, quæ se habet quoddam totum, adeoque vniuersale, quatenus est fundamentum vnitatis, & aptitudinis. Atque sic ad Locum Aristotelis potest responderi addendo fundamentaliter esse vnum quatenus non habeat diuisionem, vel Aristoteles locutus est in sensu reali & à parte rei, non vero in conceptu, & intellectu ut dictum est. Adde quod toto concesso, tamen restat quod fundamentum nempe natura est vniuersalis vt dictum est.

39 Vnitas vero, & aptitudo sufficientes ad vniuersale, non possunt esse vnitas simpliciter, sed vnitas cum addito, idest vnitas ab vnitate cognitionis Secundo quia vnitas est negatio diuisionis in se, sed per denominationem extrinsecam ab vnitate conceptus obiectum non habet negationem diuisionis in se, vt patet, sed ab vnitate conceptus, ergo non est vnitas sufficiens ad vniuersale.

40 Neque est sufficiens unitas (negata unitate formali, seu essentiali ut supra) & aptitudo quæ sunt à parte rei; quia quod repugnat unitati repugnat etiam aptitudini ad essendum in pluribus, diuisio enim numerica repugnat unitati sed hæc

 ob-

obstat etiam aptitudini, nam illud obstat aptitudini ad essendum in pluribus quod obstat communicabilitati, sed diuisio numerica obstat communicabilitati, ergo.

4 Hinc est quod unitas, & aptitudo sufficientes ad uniuersale, debent esse per intellectum, quia nulla alia est sufficiens, & nulla alia potest dici unitas simpliciter, & sine addito sufficiens ad uniuersale, ergo sola unitas, & aptitudo facta ab intellectu sunt sufficientes ad uniuersale. Et quamuis unitas, & aptitudo factæ ab intellectu sint æquiuocè tales, tamen non obstat ad uniuersale nã ad vniuersale requiritur quod Id, quod est unũ, & aptum sit uniuocũ, sicuti se habet natura abstracta, non uero requiritur ut ipsa unitas, & aptitudo sint uniuocæ.

42 Dicere autem quod unitas debet formari ab intellectu ad similitudinem unitatis numericæ, sed hæc repugnat aptitudini ad essendum in multis, & ex alia parte non debet repugnare, cum uniuersale sit unum aptum ad essendum in multis, ergo non est vnitas ficta, Respondendum quod hoc licet sit uerum realiter, tamen per intellectum constituentem ens rationis nihil pugnat, imò in hoc optimé constituitur, nam ens rationis semper dicit contradictorium,

rium, & cum unitas, & aptitudo uniuersalis sint Ens rationis; hinc est quod dicat contradictorium, idest unum aptum ad essendum in pluribus, & hoc non repugnat esse in intellectu, qui habet talem uim quia sicuti potest facere Hircoceruum unum ita potest facere unum aptum ad essendum in pluribus Quinimmo hoc argumentum soluendum est ab ipsis aduersarijs, qui maxime torquentur; Nos uero cum ponamus, unitatem, & aptitudinem uniuersalis esse ens rationis nil urget, cum hæc repugnantia sit de ratione entis rationis.

CENTILOQ. XCVIII.

De Ente Negatiuo.

1 QVemadmodum negatio nihil est aliud quam carentia, seu non esse rei, ità ens negatiuum est negatio Entis, ideoque eius prædicatum intrinsecum *est rem non esse*, & sic resoluuntur omnes propositiones quæ possunt parere æquiuocationem in hac re u. g. quando dicitur. *Negatio datur. Negatio est ab æterno* Debet resolui hoc mo- *negatio quid.*

do per suum prædatum intrinsecum, *non datur res qua negatur*, res quæ negatur *non est ab æterno*.

2 Sicuti ens positiuum cui opponitur negatiuum aliud est completum, aliud incompletum; aliud necessarium, aliud contingens: ita etiam ens negatiuum est completum quando scilicet est negatio entis cõpleti, vt est negatio Antichristi: tunc est incompletum quando est negatio Entis incompleti, vt est negatio formæ: tunc est necessarium quando videlicet negatio est de re impossibili, vt est negatio chimeræ: tunc denique est contingens, quando negatio est de re contingenti seu non impossibili, vt est negatio alterius mundi.

quotuplex

3 Quamuis hoc ens negatiuum abusiue, & æquiuoce dicatur ens, tamen nullo intellectu cogitante datur. Primo quia nullo intellectu cogitante in lapide non est forma visus, ergo in lapide absque Intellectu cogitante est negatio formæ visus, nam (vt alibi dixi) destructo omni alio ente reali positiuo, & remanente lapide, vere lapis non habet formam visus, habet eius negationem nullo intellectu cogitante. Secundo quia vnaquæque propositio debet habere suum verificatiuum adhoc vt vera, vel falsa dicatur, ergo negatiua non potest habere aliud quam

quomodo datur

quam negationem; sicuti impossibilis habet impossibilitatem &c. Tertio quia si non daretur negatio nemine cogitante in multis mutationibus non posset assignari neque terminus à quo vt accidit in creatione ex nihilo adesse, neque terminus ad quem vt accidit in annihilatione.

4 Neque potest recurri ad Decretum Dei seu ad eius voluntatem; Quia negatio bonitatis in Petro per peccatum non potest esse Decretum nec voluntas Diuina cum talis negatio dicat imperfectionem, ergo est quid nemine cogitante in Petro, ut fusè dixi, dum egi de priuatione.

Non ex Decreto Dei.

5 Quia tamen hoc Ens negatiuū cū sit impropriè ens, impropriè etiā dicitur percipi à sensu solum, nā ens positiuum, & reale proprie habet species, ergo illud solum potest proprie percipi; Ens vero negatiuū non habet proprie species, quibus percitur impropriè: itaque dicitur percipi quatenus non percipiendo ens positiuū v g. visionē in lapide vel alium mundū dicuntur percipi eorū negationes, vel quatenus percipiēdo rem, & eius prædicata, & proprietates inter ipsa, nō percipit aliquam formā, vel aliquam proprietatem: ita percipiuntur tenebræ, quia in aere non percipimus prædicatum luminosi, & sic de aliis.

quomodo percipitur.

CEN

CENTILOQ XCIX.

De Ente reali creato eiusque Proprietatibus.

Vbi.

De Essentia, & Existentia.

1 QVodlibet aliud Ens præter primum ens increatum independens atque à se est creatum, & secundum, ac dependens; quia esse non habet à se, sed à Deo, & ab eo essentialiter pendet, ideoque non essentialiter, sed tantum contingenter existit, ac proinde natura sua est defectibile, & imperfectum; Conceptus igitur Entis creati, vt creati natura sua est omnino dependere à Deo, quia cum non sit ens à se (est enim contingens), debet esse ab alio & à necessario, ergo dependenter à Dei voluntate, à qua pendet in ordine ad existendum, ergo etiam in ordine ad quodlibet aliud, aliter .n. Deus

Conceptus creatura.

Deus non esset perfectissimus omniũ Dominus.

2 Ex hoc sequitur quod Deus potest exercere in entibus creatis prò suo libito quidquid non implicat contradictionem. Hoc totum proprie intelligendum est de ente reali creato, quod vt melius innotescat diximus, & de Ente rationis, & de Ente vniuersali, & de Ente negatiuo, & alibi de priuatiuo, de relatiuo &c. Cum ens reale propriè sit vnum, habeat esse reale, positiuum, absolutum. *Ens reale*

3 Ens itaque reale *est id quod non repugnat esse à parte rei realiter extra suas causas absque intellectu cogitante.* Hoc ens reale creatũ habet duas quasi partes metaphysicas, essentiã scilicet, & existentiam. Essentia est *prima radix omnium operationũ & proprietatum, ac passionum* Existẽtia autem *est id quo* res est actu, & distinguitur à nihilo, quod nihil est; Ens uero reale est hoc aliquid; distinguitur à possibili quod licet possit esse, nunquam tamen erit actuale, vt est hoc: distinguitur tandem à futuro, quod, aliquando erit actuale, sed quatenus est futurum non est actuale existens, vt ens reale extra suas causas, nam futuritio tollitur per actualitatem. *essentia quid.*

4 Essentia ab existentia in creatis

tis distinguitur formaliter. Dixi in creatis, quia in Deo neque formaliter distinguitur: Deus enim essentialiter existit, ideoque in suo conceptu essentiali includiturformaliter existentia, cũ nõ possit concipi Deus vt cumulus omnium perfectionũ, & non concipiatur existere, existentia enim est maxima perfectio, & Deus est formaliter omnis perfectio, cum Deus sit sapientiæ, sit existentiæ, sit potentiæ, formalis.

5 Quod vero in creatis non distinguantur realiter patet, quia essentia ad hoc vt sit actualis nil aliud requiritur, quam quod sit extra suas causas sed hoc habet à se, ne detur processus in infinitum, nam si habet ab alio, habet ab actualitate, sed actuale, habet sua prædicata essentialia, ergo habet essentiam, itaq. ad hoc vt ita essentia sit actualis nõ requiritur alia actualitas, ne detur processus in infinitum, ergo essentia sit actualis a se, ergo ipsa essentia realiter est existentia.

Nõ realiter.

6 Dicere Essentiã esse immutabilem, & existentiam mutabilem, illam necessariam hanc contingentem arguit solum distinctionem formalem, & quatenus stat sub diuerso conceptu, & sic in quantum stat sub mente Diuina cognoscente non inuoluere contradictoria, & habere

...e contra...

talia

talia prædicata, est ipsa entitas in essentia, & dicitur cognitio simplicis intelligentiæ: in quantum vero stat sub uoluntate efficaci Diuina qua determinantur ad suum proprium esse actuale dicitur existentia Atque ex his, & etiam ex diuersis definitionibus arguitur distinctio formalis, idest diuersitas in modo concipiendi, sicuti se habet Petrus qui in quantum est Animal ambulat & in quantum est rationalis ridet, licet realiter sit idem Animal rationale.

Soluuntur contraria fundamenta.

7 Licet ens reale veras proprietates non habeat à se realiter distinctas, quidquid enim est reale est Ens vt patet, tamen habet quasi proprietates formaliter distinctas, quatenus ad primum eius conceptum consequuntur, istæ videlicet vnum, verũ, bonum, quæ peculiarem habent vtilitatem ad explicandam naturam entis, cum omnia ad illa tria reducantur.

proprietatis entisrealis.

8 Vnitàs est prima, & radicalis proprietas, cum sit intrinseca enti, nam vnumquodque Ens habet suum esse proprium distinctum, & diuisum ab alio, ergo habet intrinsecè vnitatem, cum sit indiuisum in se, & diuisum a quocunque alio, & sic entitas quatenus est comparabilis cum alijs entitatibus, à quibus actu di-

vnitas.

distinguitur dicitur vnitas, quæ supra ipsum Ens non dicit aliquid realiter distinctum, sed dicit solum ipsum Ens connotans diuisionem ab omni alio, & negationem diuisionis in se, quæ negatio sola ad omnem ens consequitur, cum omne Ens habeat negationem diuisionis in se, adeoque consequenter diuisionem ab omni alio, sed primarius, & intrinsecus conceptus est negatio diuisionis in se.

Veritas. 9 Veritas, est post vnitatem, sed præcedit Bonitatem, quia Intellectus connotatus veritatis præcedit in operando uoluntatem, atque sic ens in quantum est comparabile cum aliquo intellectu (saltem Diuino) à quò cognosci potest ut est in se, dicitur formaliter verum quod supra ipsum ens connotat solum intellectũ potentẽ cognoscere Ens vt est in se.

Bonitas 10 Bonitas est post veritatẽ, quia voluntas connotata ab ipsa bonitate, est post intellectum considerando in operatione, & exercitio circa obiectũ, ideoque ens quatenus potest à voluntate amari dicitur bonum, quod supra ens certe nihil realè ab ipso distinctum realiter addit, sed solum connotat ipsamvoluntatẽ prout illud amare potentem.

11 Vnitati opponitur pluralitas, nam unitas est negatio diuisionis, & plu-

pluralitatis, & opponitur sicut diuisum, & indiuisum.

12 Veritati opponitur falsitas, sicuti album nigro, & sic falsum nihil est aliud, quam ipsum ens cognoscibile cognitione falsa, & quæ nô conformatur cum obiecto, seu falsum est quod non est, nam quod non est non est Ens, neque uerum.

13 Bonitati opponitur malum, ut Tenebræ luci, ideoque malũ dicit carentiam perfectionis uel ratione sui, uel ratione conditionis, ideoque aliquid ratione diuersarum conditionum, & rationem diuersorum potest dici malum, & bonum. Bonum potest esse in triplici genere ut alibi diximus.

CENTILOQ. C.

De Ente Accidentali, & substantiali.

Vbi.

De Subsistentia.

1 INter præcipuas diuisiones entis realis alibi examinatas est

eſt diuiſio in ente accidẽtali, & ſubſtantiali, quæ ſunt ſumma, & diuerſa genera. Accidens definitur Entis ens, quia non intenditur per ſe à natura, ſed in ordine ad ſubſtantiam, eius igitur eſt inſtrumentum, ideo que dicitur inſtitutum à natura in bonum alterius non quidem vt pars, cum pars, etiam ſi ſit in bonum alterius, eſt etiam gratia ſui, ſed accidẽs ſolum vt inſtrumentum hoc eſt gratia alterius. Ens igitur accidentale eſt quod habet accidentaliter partes vnitas, quæ ſint entia completa, ſeu ens accidentale eſt quod eſt vnum ex nouem prædicamentis.

Accidẽs quid.

2 Subſtantia dicitur ens per ſe, hoc eſt intentum à natura gratia ſui, cum ſit radicale principium omnium operationum, quæ cum fundentur in ſubſtantia ipſa debet perſe ſubſiſtere & nõ debet adherere alteri ſicuti accidens. Dupplici modo conſiderari poteſt ſubſtantia, & prout eſt alteri ſubſtãtiæ vnita, & prout non eſt vnita alteri Secundo modo dicitur eſſe aliquod ſubſtãtiale ex ſe omnino cõpletũ, & dicitur ſuppoſitũ, quatenus ſupponitur accidẽtali; hoc modo eſt ſubſtantia v.g. rationalis, quæ appellatur etiã perſona, quæ vt alibi dixi ex Boetio definitur *natura rationalis indiuidua ſubſtantia*. Primo autem modo dicitur ſubſtantiale, ex ſe incom-

Subſtãtia.

Suppoſitum.

completum, ideoque nō dicitur perse subsistere, & esse totū, & suppositū, sed esse quasi in alio, & esse partem.

3 Hinc habetur primo, substantias aliquas esse vlterius perfectibiles naturaliter, ita sunt elementa, quę per vnionem cum forma mixti componendo mixtum perfectius, possunt eleuari ad gradum nobiliorem, sed hoc modo se habet vt pars, vt est, esse partis viuētis. Secūdo, aliquas alias substantias non esse perfectibiles naturaliter, sed solum supernaturaliter ita est mistum perfectum v. g. homo qui licet naturaliter nō sit magis perfectibilis, tamē supernaturaliter potest perfici, vt est in Christo Domino, cū eius natura humana per vnionem cum Verbo Diuino sit reddita perfectior, cum sit eleuata ad constituendum suppositū Diuinum, & ad operationes theandricas, hoc est humanas simul, & Diuinas. Tertio denique habetur quod cum substantia completa sit ens perse, & intentum à natura, non gratia alterius, perfecte potest existere à se non vnitum alteri substātiæ, ideoque exigit subsistentiā scilicet id à quò habeat etiam per se & perse stare, & non esse in alio, complete.

4 Quid vero sit hæc subsistentia & quomodo sit distincta ab ipsa substantia est maxima cōtrouersia inter *subsistētia quid*


Phi-

Philosophos,& inter Theol. Nos tamē claritatis,& facilitatis gratia dicimus *esse negationem vlterius perfectionis* , ideoque non esse realiter distinctam ab ipsa substantia. Hinc est quod homo cum dicat negationem vlterioris perfectionis est substantia completa , & subsistens ,natura vero humana quando perficitur per vnionem cum verbo cum non habeat negationem vlterioris perfectionis , se habet vt potentia ideoque subsistit per subsistentiā verbi, & facit vnum suppositum per se, qui est Christus. Itaque quando duæ substantiæ se habent vt actus , & potentia constituunt vnum suppositū per se si verò non se haberent vt actus, & potentia duæ substātiæ , sed essent duo entia completa, & haberent negationē vlterioris perfectionis , non facerēt vnum per se , sed vnum accidentale vt Aceruus lapidum.

Vnum per accidens.

5 Nec requiritur subsistentia distincta adhoc ut non dicatur Christus esse compositum accidentale ex duabus naturis completis humana scilicet, & Diuina;si enim subsistentia esset distincta, cum in natura humana non esset subsistentia, sed humana natura subsisteret per subsistētia verbi, ipsa natura humana non esset completa , & compleretur per subsistentiam uerbi non faceret unū per accidens,sicuti fit à duobus entibus

bus completis. Primo quia sufficit vt natura humana se habeat vt potẽtia, adeoque ulterius perfectibilis per unionem cum natura Diuina. Secundo quia subsistentia esset realiter diuersa à substantia, & per subsistentiã compleretur homo, si in Christo nõ esset subsistentia humana, non esset homo perfectus, quia non esset id per quod completur esse homo, & tamen Christus est perfectus homo, & Deus ut patet ex fide, & asserit S. Athanasius in suo symbolo ubi dicit *sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus, & homo unus est Christus*; ex quibus uerbis potest colligi non dari talem subsistentiam distinctam realiter, cum per ipsum constituatur homo ex anima rationali & carne, & non addit subsistentiam, & Christus est Deus, & homo; qui sicuti istis diebus. Natus est ad nos redimendum, cum canat Ecclesia de paterna pietate *vt seruum redimeres filium tradidisti*, ita, & nos uiuamus & moriamur cum illo, ut in æternũ, & ipso fruamur, sicut ad eius maiorem gloriam, proximique utilitatem omnia perpetrauerimus.



FINIS.